Stange

De Arnobii oratione

DE ARNOBII ORATIONE.

I.

DE VERBIS EX VETUSTO ET VULGARI SERMONE DEPROMPTIS.

II.

DE CLAUSULA ARNOBIANA.

Scripsit

C. STANGE, dr. phil.

Beilage zu dem Jahresbericht des Gymnasiums zu Saargemünd
für das Schuljahr 1892—93.

SAARGEMÜND.

Strassburger Druckerei und Verlags-Anstalt (Filiale Saargemünd). 1291

1893.

Romanorum litterae quamquam post aetatem Augusti, qua vel maxime florebant, vigere desierant proximaque saecula eminentium vivorum laude magis magisque carebant, vix ut quisquam esset, qui ad proprie suaque vi elaborandum in litteris valeret, tamen denuo revirescere incipiebant, cum cultu idolorum neglecto religio christiana in dies percrebresceret ac novae utique opiniones notionesque in studia antiqua extrinsecus inducerentur. Quam ut religionem praecipue ab inveteratis falsisque praeceptis philosophorum defenderent, multi, quae quantaque vis ac veritas in ea essent, opera enixe dedita litteris sunt persecuti. Atque dicendi quidem ab his viris duplicem rationem esse initam videmus. Alteri enim, ut Minucius Felix et Lactantius, nihil antiquius habebant, quam ut incorruptum sermonem servarent atque corruptioni orationis omnibus viribus obniterentur, oppido faventes litteris priorum temporum, quatenus quidem formam spectabant; alteri, cum illa aetate iam non quaereretur, quid reapse probum esset quidve vetustum, ex totius latinitatis copia pro elegantia orationis a sermonis sinceritate abhorrentia verba perperam eligere studebant.

In iis erat Arnobius, qui rhetor Siccae, urbe Numidiae, Diocletiano imperatore anno fere trecentesimo juvenes ad declamandum informabat, deinde cum a cultu idolorum defecisset et ad christianam religionem vetustate damnata transisset, facti sui rationem et excusationem ut comprobaret, adversus nationes septem libros scripsit.[1]

Quos qui quamvis obiter leviterque perlustrarit, Arnobium more Afrorum, qui quid esset sermo latinus plene perfecteve non perspiciebant, cum e prisca oratione multa verba repetisse tum e cotidiani sermonis usu deprompsisse facile cognoset. Attamen in excolenda quidem oratione et perpolienda magnopere eum elaborasse concedamus oportet. A verborum tenuitate recedens orationem, cum lumina floresque adiunxit, splendore quodam ornare studuit. Sed quamquam scriptor in elocutione multam sane operam collocavit, tamen genus dicendi magna quidem laude dignari vix potest, quod multis in rebus modum ita excessit, ut lenocinia magis quam cultus orationis quaesisse videatur.[2] Etenim vituperanda sunt haec: primum segregatio verborum ac distortio, qua perspicuitas utique aboletur, deinde illa per χιασμὸν compositio verborum saepius quam decet collocata, tum verborum idem valentium coacervatio.[3] quorum frequentatione Arnobius mihi quidem ita ampullari videtur, ut oratio altius exaggerata et ad summum tumorem perducta iure

---

[1]) Fundamenti loco posui editionem utique optimam Aug. Reifferscheidii; corp. script. eccl. lat. Vol. IV. Vindobonae MDCCCLXXV.

[2]) Hieron. epist. 70, 10 (pag. 326 Vall.): Arnobius inaequalis et nimius et absque operis sui partitione confusus.

[3]) Aug Reifferscheidt. Analecta critica et grammatica. Breslau 1877. pag. 10.

perhibeatur; quartum locum obtinet nimia assiduitas et consonantium et vocalium:[1] denique frequentatio interrogationis[2] repetitionis[3] allitterationisque.

Cum igitur Arnobius omnia, quae ad orationem fucandam suppetunt, plus aequo in usum suum converterit, eum id quoque egisse consentaneum est, ut orationem numeris quibusdam ideoque quadam quasi concinnitate vincire studeret. Quod ita esse eo magis elucet, quod illa aetate iam pridem una erat consentiensque vox, quantum numerus valeret ad voluptatem augendam seu legentium seu audientium. Antiquissimis enim temporibus nihil notum hoc fuit, quod principio litterarum nudam atque inconditam orationem ad sententias exprimendas inventam esse, postea demum numeros ad aurium voluptates excogitatos liqueat; quolibet enim in alio genere antiquiora quoque sunt, quae necessitate cooriuntur quam quae voluptatis causa.[4]

„Omnino, inquit Cicero (de orat. § 185) duo sunt, quae condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas.“ Sed quid sit numerus, rhetores in universum accuratius non exposuerunt, cum non de rhythmo poesis sed de concinnitate quadam verborum agatur, quae aurium tantum voluptate iudicatur auriumque sub mensuram aliquam cadit.[5] Eximie vero numerus arripit audientes in exitu periodorum, ubi graviore vi in aures incidit, „quae extremum semper exspectant in eoque acquiescant“ (Cicero de orat. c. 69 § 199). Nec tamen compositionis verborum numerosae causa longas nimisve coacervatas transgressiones usitare licet,[6] id quod in reprehensionem Arnobii incidere nescio an iure mihi videatur. Namque Arnobius ubique passim transgressiones accumulavit, ut oratio numerose apteque caderet atque exiret. Voces enim seu sententia seu constructione grammatica inter se coniunctas ita usque fere diremit, ut alteram in exitu enuntiationis non solum postremae periodi sed etiam intra periodum collocaret, quare duae voces ultimae numerose aestimatae certam quandam clausulam ex sententia scriptoris conformant. Quos vero numeros Arnobius his in clausulis persecutus sit, priusquam ad accurate pensitandum aggrediamur, enumerare libet, quae verba ex oratione vetustiore et e cotidiani sermonis usu utique sint vindicata.

---

1) exempli causa laudo hos locos: lib. II. c. 48. agi, fieri statui nisi. lib. VI. c. 19. quia quae sunt priva singulariaque natura multa ... lib. VI. c. 14. digitorum partum, pronum in faciem. lib. VII c. 10. immobiles causas, per quas sint sibi res.

2) lib. II. 67—68 interrogationem vicies ter deinceps continuatam vides lib. IV c. 24—26 etiam quinquagies ter interrogatio posita. lib. VII. c. 9 vicies septies adhibetur.

3) Repetionis specimina: lib. I. c. 2 »numquid« undecies continuatur. lib. I. c. 45 »unus fuit e nobis« principia undecim periodorum ab his verbis sumuntur. lib. II. 39—42 duodecies sunt repetita verba »idcirco animas misit, ut«. lib. VI. c. 2 »non« terdecies positum, intercalantur semel »nec«, semel »nullus«. lib. II. c 6. per vices primis in periodis ponuntur: »soli« ter, »unde« bis, »quia« quinquies, »quot« bis, »quid« quinquies.

4) Cicero de oratore c. 55 § 185. Sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita in hac re . . .

5) Volkmann, die Rhetorik der Griechen und Römer, Leipzig 1874 § 51.

6) Cicero de orat. c. LIX § 230. Sed magnam exercitationem res flagitat . . . . , ne aut verba traiciamus aperte, quo melius aut cadat aut volvatur oratio.

Pars Prima.

§ 1.

continens verba, quae ex prisca latinitate deprompta sunt.

Ac primae quidem declinationis memoranda sunt haec;

repetentia II. 26. eodem ac memoria significatu; Lucr. 3. 849.

consequens substantivum non nisi ap. Lucr. 5. 1004 semel exstat. pellacia II. 39. i. qu. illecebrae significat.

pausa V. 8. quam si vocem enodare cupimus, quin formata sit e Graecorum voce παῦσις, dubium non est; apud vetustiores scriptores vox haud rara, legitur enim ap. Enn. Varr. Lucr. Plaut. denique ap. Ap. et Macr.

strebula VII. 24 declarat carnem, quae est in coxendicibus victimarum; legitur praeterea ap. Plaut. et Varr.

querquera I. 48. saepius. Paulus Diaconus pag. 256 ait: querqueram frigidam cum tremore a Graecis κάρκαρα certum est dici; nostrates appellant tertianam. exstat vox praeterea ap. Lucr. Plaut. Gell. Ap.

circumcaesura III. 13. plane respondens Graeco vocabulo, quod est περικοπή, exprimit extrema lineamenta corporum; bis exstat apud Lucretium.

porrina II. 59. Cato r. r. pattioca II. 23. Reifferscheidius assentiens codici Parisino hanc formam scripsit pro batioca; vox denotat ποτήριον φιαλοειδές; Plaut. idem ap. Non.

Secundae declinationis inveni haece:

prostibulum VI. 13. Plaut. aul. 2. 4. 6. i. qu. meretricula. Arnobius vero notionem verbi transfert ad spinthriam sive pathicum, Graecorum nomine παθικόν.

formamentum III. 16. idem significat atque species; semel apud Lucretium vox obvia.

nidamentum VI. 16. materia, qua nidus instituitur; Plaut. Rud. 3. 6. 61.

Sequitur magmentum VII. 24. contractum esse id ex „magimentum" atque ex verbo mactandi ducendum putamus; vocem habet Varro L. L. 5. 112.

angellus VII. 49. vox deminutiva nominis „angulus", quem Graeci ἀγκύλον vocant; praeterea Lucretii est vocabulum.

silicernium VII. 24. notio propria huius vocis est cena funebris, quam Graeci περίδειπνον appellant, hoc loco dicitur in genere quodam farciminis, Varr. ap. Non. pag. 48. 9.

addo pluraletantum: vermina I, 50. proprie significat dolores ventris; Lucr. ap. Fest; hoc loco vox significatu translato intelligenda est.

Transeo ad tertiae declinationis substantiva enumeranda:

raptio V. 37. de raptu Proserpinae; semel vox apud Plautum legitur.

vocamen II. 35. saepius; quam vocem semel habet Lucretius.

augmen VII. 24. vox Lucretio satis frequens.

momen II. 29. ductum esse vocabulum a verbo „movere" atque contractum ex „movimentum" apparet; Lucretio saepius usitata.

auctumnitas I. 21. vox significat fructus auctumni; Varr. ap. Non. Cato r. r. idemque utitur voce significante tempus auctumni. semel invenitur ap. Symm. 3. 23.

dator I. 49. Plaut. Truc. 2. 1. 33. idem Curc. 2. 3. 18. semel ap. Verg. A. 1. 734.

differitas II. 16. i. qu. differentia sive discrimen. Lucr. 4. 636.

grallator III. 38. qui in grallis ire potest; vox contracta ex „gradulator", Varr. L. L. 7. 3. 94. idem ap. Non. p. 115. 21. Plaut. Poen. 3. 1. 27.

aevitas II. 22. V. 8. vocem habent Varro et Cicero legg. 3. 3. 7. laudans antiquas leges.

dormitio V. 9. Varroni vox usitata et Tertulliano Hieronymoque obvia.

subscus VI. 16. Pac. ap. Fest. Ribb. fragm. 250. Plaut.

maximitas VI. 18. apud unum Lucretium semel exstat.

apexao sive apexabo et longavo sive longavus VII. 24. utrumque vocabulum declarat generis certi cuiusdam farcimen atque hoc significatu usitatur a Varrone L. L. 5. 111.

postilio IV. 31. significat postulationem dei, qui omissum sacrificium sibi sacrificari vult; quae vox eodem modo a verbo postulandi formata est atque consilium a consulo: apud Varronem praeterea invenitur. pestilitas VII. 43. idem valet atque v. pestis: semel exstat ap. Lucr. 6, 1097.

Quartae declinationis unum inveni, quod addo:

comptus IV. 37. Arnobius adhibet hoc vocabulum proprio significatu co-emendi, ut Lucretius 3. 845, qui praeterea translato significatu usurpat vim tribuens: capilli compti. Semel Afran. ap. Paul. Diac.

Sed haec hactenus. Jam transeundum erit ad enumeranda nomina adiectiva, quorum primum locum obtinebunt secundae declinationis specimina:

condignus I. 1. 23. 27. vox haud ita raro Plauto usitata est; praeterea legitur ap. Ap. met. 10. p. 244.

meticulosus V. 28. i. q. pavore metuque refertus; praeterea exstat bis apud Plautum, semel ap. Ap. flor. 3. p. 344.

orbitus II. 58. additur epitheton notioni motus, velut etiam Varr. ap. Non. p. 148. 16: ut sidera caeli clivum circum terram atque axem, quae volvuntur motu orbito.

edentulus III. 14. i. e. dentibus carens. Plautus habet vocem et proprio significatu et translato, dicitur enim in vino Poen. 3. 3. 87. Tert. Pall. 5. Prud. περὶ στεφ. 10. 305.

aquilus III. 14. Lucilius ap. Gloss. Steph: „Aquilum μέλαν, ὡς Λουκίλιος." Varr. ap. Non. Plaut. Suet.

clurinus III. 13. vox ducenda est a „clura", quae Graecorum nomine κολόυρα nominatur. Semel apud Plautum reperimus.

inferius IV. 16. VII. 31. ab uno Catone praeterea vox semel posita.

scitulus V. 6. vocem habent Plautus et Apuleius.

penitus VII. 24. 25. i. q. pene praeditus. Naev. ap. Fest. p. 242. Plaut. mil. 3. 1. 165.

macilentus III. 14. i. q. macer. vox apud Plautum frequenter obvia.

Tertiae declinationis nomina adiectiva sequuntur:

gnaruris III. 22. alia forma adiectivi, quae est gnarus; praeterea ap. Plaut. legitur.

genitabilis IV. 28. Lucr. Varro L. L.

aversibilis VII. 45. i. e. quod nos aversari oportet. Lucr. 6. 390.

cruciabilis II. 61. bene quidem huc hanc vocem referri puto, cum praeter Arnobium Apuleius ea utantur et Gellius, qui quam libenter nomina e vetustiore lingua affectaverit non ignoramus.

exos IV. 8, i. e. ossibus carens. Lucr. 3. 721. Apuleius praeterea utitur forma „exossis" mag. p. 322. insensibilis VI. 15. quod sentiri non potest; bis habet Lucretius 2. 866. 888.

Adverbia, quae perpauca inveni, sequuntur:

commodule II. 18. i. q. ordine composito; coniungitur cum verbo veniendi. bis legitur apud Plautum. alterum est „guttatim"; vox Ennio haud rara Plautoque usitata, praeterea apud recentiores scriptores subinde eam inveniri non reticeo. iam huc refero: volupe sive volup VII. 34 est vocabulum mere comicum significatu laetandi; Plauto Terentioque frequentatum. denique: aviditer V. I. praeterea solius est Valerii Antiatis; postea ap. Ap.

Quibus ad finem perductis de verbis dicendum erit indagandumque, quae quibus e scriptoribus temporum vetustiorum sint deprompta. Ac primum quidem nonnullas formas frequentativas in medium proferam, quibus poetae dumtaxat comici delectari solent.

victito I. 39. vox frequentativa de verbo vivendi, in usu est Plauti et Terentii.

alium est: aperto II. 1. qua in voce non est frequentativa sed vis intensiva; semel apud Plautum exstat.

edisserto I. 57. II. 59. V. 17. saepius; huc merito referri vocem puto, cum praeter Plautum et Tertullianum Livius semel habeat.

pransito IV. 24. Plaut. Macr. semel est apud Vitruvium.

nominito VII. 46. praeterea Lucretii vocabulum est.

torto I. 50. exstat ap. Lucr. Pomp. ap. Non.

mussito III. 8. vox est intensiva forma de verbo mussandi atque indignantium rumorem plerumque denotat. Plauto et Terentio Livioque semel usitata. Eodem significatu verbum addo: muttio, vox Plauti est et Terentii. coacto I. 2. vox intensivae potestatis de verbo coagendi. bis habet eam Lucretius. Reliqua, quae inveni, verba sunt haec: deflo I. 31. quod semel habet praeter Varronem (r. r.) Plinius, quocirca vel me merito ex genere archaismi iudicasse puto.

returo I. 52. i. q. compleo, refercio; semel habet Varro ap. Non.

nutrico I. 52. in ea voce vis nutriendi inest; haec forma saepius est in usu Varronis, semel Plauti et Petronii, cum optimi scriptores, ut Cicero, forma generis deponentis uti soleant.

autumno II. 11. III. 29. saepius; praecipue vox comicorum, attamen apud Ciceronem et Horatium quamvis raro eam esse obviam non reticeo.

levigo II. 11. 44. a Varrone, Plauto, Plinio. Gellio vox posita.

difflo II. 12. praecipue in usu est vetustiorum scriptorum, aliquoties recentiorum. pauso V. 7. eodem atque vox Graeca παύεσθαι significatu. Arnobius adhibet formam „pausatos“ vi participii praesentis passivi, id quod apud optimos quoque scriptores non ita raro observatur. Plaut. Trin. 1. 2. 150.

fumigo VII. 20. vocem e vv. „fumus“ et „agere“ enatam esse apparet. atque reperitur apud Varronem et Gellium.

Verba reliquarum coniugationum, quae antiquitatem redolentia expiscatus sum, addo:

verbum adolendi II. 59. habet vim intransitivam bene olendi, velut ap. Plaut. Cas. 2. 3. 19., atque in archaismis putari opus est.

aggero V. 25. Plauto vox frequentata.

fulgurio V. 1. v. neutr; dumtaxat forma „fulguritus“ habet vim passivam, quae est „fulmine ictus“. Plaut. Lucil. ap. Non. bis ap. Senec. abligurire VII. 3. i. q. gula ventreque rem suam consumere; Ennius et Terentius v. habent; praeterea apud Apuleium exstat. Suet. utitur alio. obscoeno sensu.

Quoniam, quae Arnobius ex copia latinitatis archaicae hausit. ordine composui, qui in terminationem ier pro usitata i exeuntes infinitivi in libris inveniantur. cognoscas velim:

lib. III. 35. vertier. lib. V. 7. velarier et cornarier. lib. V. 41. convestirier.

lib. VI. 16. iacularier. lib. VI. 22. copularier. lib. VII. 4. provolvier.

lib. VII. 14. addier. lib. VII. 25. reddier libr. VII. 46. viderier.

addo: dixe lib. V. 1. forma ex dixisse contracta.

Priusquam vero in quaestione proposita pergam, Arnobio usum substantivorum multorum esse communem cum Lucretio commemoro. qua ex re praecepta Epicuri. quae carmine Lucretii continentur. non ignota fuisse Arnobio nec minus valuisse ad cogitationes illius opinionesque, quam elocutionem Lucretii ad dicendi rationem merito colligamus. Sed redeo ad propositum atque enumero, quae verba in libris scriptoris e vulgari sermone repetita esse opinor.

§ 2.

continens verba, quae ex cotidiani sermonis usu repetita sunt.

Primae quidem declinationis formis deminutivis scriptorem. ut alios. maxime delectatum esse observavi atque ita usum. ut eis usque vis minuendi tribuatur. nomino has:

scientiola II. 18. coniungitur cum adiectivo parvus atque ita vim minuendi expressim denotat. muscula II. 45. semel est ap. Aug.

micula II. 49. Celsius semel habet. sigilliola VI. 11. 18.

setula VII. 20. resinula VII. 27. i. q. pars parva resinae.

lancicula II. 23. lacernula II. 19.

Alia substantiva. quae in vulgarismis. ut ita dicam. putari oportet. quorum plurima praecipue opus sacrificii concernunt. investigando inveni haec:

lanna II. 41. de infima auris parte dictum.

destina II. 69. i. q. fultura. quamvis vox vix dubie semel apud Vitruvium exstet, tamen in vulgarismis merito numeratur, quod Vitruvium libros vulgariter conscripsisse inter omnes constat.

eadem de causa huc referri non iniuste opinor vocabulum:

flatura I. 9. quam vocem Vitruvius semel de coctura aeris adhibet.

luculentia III. 16. in splendore verborum dicitur.

grosa VI. 14. est instrumentum, quo lignum raditur, ab aliis radula appellatur.

cnisa VII. 3. vox e Graecorum lingua recepta atque est κνῖσα.

palasea VII. 25. est pars caudae bovis mactati.

africia VII. 24. mateola VII. 25. utrumque vocabulum denotat genus quoddam panificii; eodem significatu est gratilla VII. 24.

fendicae VII. 24. vox declarat omasum bovis.

porriciae VII. 25. partes animalis deorum sacri.

bria VII. 29. est vinarium non ita magnum. salapitta VII. 33. i. q. alapa.

cubula VII. 24. est libri sacri genus, quod quid sit fusius definiri non potest. hirciae VII. 24. in farciminis genere quodam dicuntur.

Ad secundae declinationis nomina substantiva perveni; primum itidem profero formas deminutivas, quae sunt:

commodulum I. 9. toliolum II. 59. v. dicitur in minimis nivis partibus; Arnobius interrogat, quid sit, quod nives in plumas et foliola dilatarit. Lexica vocem non habent.

asellulus III. 16. forma demin. duplic. ingeniolum V. 4. semel utitur Hieron. adv. Rufin. frustillum II. 58. VII. 25. semel ap. Marc. Emp. vox obvia. petasunculus VI. 12. quae quid vox sonet, dilucidum. agniculus VII. 12.

Sequuntur alia nomina substantiva:

panchrestarius II. 38. i. q. crustularius. pannychismus V. 24. quid haec vox sibi velit, apparet; valet enim „vigiliam per totam noctem perductam" atque Graece dicitur παννυχισμός.

cinnus V. 25. respondet Graeco vocabulo „κυκεών", potionemque vino atque adore mixtam exprimit.

busticetum I. 41. idem significat quod bustum eademque est formatio, quae observatur in voce „vinetum" enata ex vocabulo „vinum". caepitium V. 1. i. q. caepe. polyandrium VI. 6. Graece πολυάνδριον; locus, ubi multi homines sepulti sunt, ergo vox eodem atque sepulcretum significatu.

furfuraculum VI. 23. i. q. terebra. conspolium VII. 24 est genus quoddam librorum. muncinnium II. 23. pannus est, in quem mungitur. castellamentum II. 42. genus farciminis, quod plane definiri non potest.

Multo plura tertiae declinationis ruspando repperi statimque Arnobium tres terminationes — io, — tor, — as adamasse animadvertes. Plurima exstant, quae ter-

minationem — io habent, multa, quae in syllabam — tor cadunt, tum pauca, quae in — tas exeunt. Sequuntur substantiva in — io cadentia.

innovatio I. 8. subversio I. 8. V. 13. quam vocem in vulgarismis duci merito putavi, cum semel in Vulg. Gen. 19. 29. obvia sit.

abnegatio I. 32. i. q. infitiatio. evaginatio I. 50. i. q. evagatio. obluctatio II. 7. eodem atque repugnatio significatu.

immersio II. 7. diiugatio II. 14. dicitur in seiunctione a corporibus animarum. obsecutio II. 35. i. e. oboedientia.

concrepatio II. 42. significat vox rumorem, qui fit in theatris scabillis ultro citroque motis.

supputatio II. 71. i. q. ratio. maceratio. IV. 35. quod utrumque vocabulum semel apud Vitruvium legitur, qui familiari sermoni haud dubie maxime indulget. quapropter in vulgarismorum, si verbo licet uti, numero habita ea verba volo.

enervatio III. 10. quid vox valeat, apparet, cum coniungatur cum voce voluptatis; voluptas enim voluptati deditum enervem reddit.

consertio III. 13. munctio III. 13. a verbo mungendi evidenter ducendum est, ut muncinnium, quod supra dictum est: omnes tres voces — mungere, munctio, muncinnium — sermonis eruditorum non fuisse videntur. intortio III. 14. in capillis calamistro crispatis dictum. obtentio III. 31. delusio IV. 1.

pulsio IV. 4. i. q. pulsus. opitulatio IV. 4. VII. 50. i. e. auxilii latio: semel est in digestis, certe huius scriptoris temporibus vocabulum sermonis cotidiani. accitio IV. 12.

maletractatio IV. 23. idem sibi vult atque vexatio.

abstrusio V. 37. in coniunctura est cum substantivo seminis; qui semen humo inserit, eius abstrusionem facit.

interstinctio; duplicem habet potestatem et activam, ut VI. 12., et passivam, ut VI. 3. allusio VII. 23. motus quasi ludens.

Si breviter strictimque respicimus, quae sit vis omnium in terminationem — io exeuntium substantivorum, eam esse utique activam elucet, tantummodo in nomine „interstinctio" et activa et passiva invenitur. Idemque dici potest de substantivis, quae syllaba — tor terminantur quaeque deinceps enumerare volo.

refutator I. 32. qui quid refutat. pugillator I. 36. i. q. pugil, qua forma Cicero usque uti solet. abrogator I. 50. qui quid abolet.

excogitator III. 32. rimator V. 8. quae sententia huic voci subiecta sit, cognoscimus, si originem illius a verbo rimandi repetendam esse deliberamus; significat enim eum, qui rem perscrutatur.

fulminator VI. 23. vox dicitur in Jove, qui caelum fulminibus turbat. ruminator VII. 24. vox hoc loco pro adiectivo ponitur cum substantivo „saeculum" ita coniuncta, ut saecula intelligenda sint animalia.

Addo duo substantiva formae femininae, quae in terminationem — trix cadunt: publicatrix I. 36. Venus publicatrix compellatur, quia intestinum decus sive castitatem

publice prostituit. solidatrix IV. 8. Ossipago dea ita dicitur, quae ossibus soliditatem iniciat.

Ad substantiva terminationem — as habentia nunc venio:

passibilitas II. 27. i. q. natura patiendi; qui quid pati potest, in eo est passibilitas. inaequabilitas II. 58. vulgaritas III. 5. 40. i. q. vulgus; abstractum pro concreto.

glabritas III. 14. in iunctura est cum „calvities“ idemque atque ea significat. praeposteritas III. 30. quod „prae“ esse debet, est „post;“ i. e. ordo inversus. nebulositas VII. 28. i. q. caligo. oliditas VII. 28. vox ducta ab adiectivo olidus, significat odorem. lexica vocem non habent.

Alia eiusdem declinationis substantiva sunt haec:

duellis I. 16. miles ita appellatur. crispitudo II. 42. a verbo crispandi ducitur atque motum huc atque illuc contremiscentem exprimit.

castillamen VII. 24. cuppedia quaedam significat.

salsamen VII. 24. res sale conditae.

Pergo ad enumeranda quartae declinationis substantiva:

inflictus III. 19. inflictu dentium et labiorum lingua sonos articulat.

coalitus IV. 3. i. q. societas. temperatus V. 6. notio abstinentiae hac voce exprimitur. gingritus VI. 20. de anserum voce dictum.

fartus VII. 25. i. q. farcimen. migratus VII. 33. quam vocem lexica non habent. ancillatus VII. 13. i. q. munus ancillae.

His quidem absolutis ad nomina adiectiva perveni; secundae declinationis sunt haec:

inarticulatus II. 23. inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit sc. homo in solitudine operta nutritus.

terrarius II. 39. componitur cum substantivo „circumscriptio“; vox ergo notioni divini opponitur. Aliter sententia vocis explicatur ap. Scol. ad. Pers. fistulatorius II. 42. i. e. ad fistulas pertinens.

infucatus II. 47. qui fucum non habet. callidulus II. 68.

muculentus III. 13. semel ap. Prud. περὶ στεφ. vox utique sermonis esse vulgaris videtur. insignificatus III. 8. i. q. insignitus.

cilunculus III. 14. saepius; fronte prominenti praeditus; ab aliis dicitur cilo. subterreus III. 19. qui sub terra est.

semirosus VI. 16. lippulus VII. 34. i. q. lippus. Restat, ut superlativum dupliciter formatum ideoque graviore vi praeditum adiungam: minimissimus V. 7. 14.

Transeo ad tertiae declinationis adiectiva, quorum imprimis in terminationem — bilis cadentium haud exiguam multitudinem libri ostendunt. Duo in genera digeri possunt et quae habent vim activam, et quae passivam. Primum enumero, quae sunt activae potestatis:

suspicabilis I. 45. i. q. suspicans. frustrabilis II. 22. VII. 22.

auspicabilis VII. 32. felix faustumque auspicium continens.

altercabilis V. 3. magna voce altercans.

Passivae potestatis sunt tria: inexsaturabilis II, 40. in appetitu dictum. irrefutabilis IV. 18. quod refutari non potest.

fossibilis fovea II. 17. i. e. fossa fovea.

Utramque vim et activam et passivam in uno videmus adiectivo:

commeabilis VII. 28. aurae epitheton est, quae commeat per guttur; II. 59. de imbrice narium dictum, qui, si licet verbo uti. pervadi potest et munctionibus muculentis et spiritali tractu; eandemque in sententiam dicitur II. 59. de venis fistulatis. addo: adipalis III. 25. i. q. pinguis. acrivox III. 14. i. e. acri voce praeditus.

Venio ad adverbia; frequentissimus usus est illorum, quae syllaba — ter terminata tertiae declinationis ab adiectivis ducuntur:

partiliter I. 12. VI. 4. 19. usque opponitur adiectivo „totus"; velut: hoc est enim proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter uspiam sed ubique esse totos...

nominaliter II. 55. i. q. praecipue.

ambiformiter dictum V. 36. i. e.. ut Arnobii ipsius verbis utar, ambifaria obtentione dictum; vox adverbio „simpliciter" opponitur.

sensibiliter VII. 28. aura alicuius nidoris, inquit Arnobius. non potis est deos commovere sensibiliter, id est, ut quasi per sensus eam sentiant.

trivialiter VII. 36. i. q. communiter; dicitur de pueris trivialiter populariter institutis; figuram ἓν διὰ δυοῖν hic invenimus, sententia enim haec est: pueri ea institutione educati sunt, quae communis populi est.

suadenter II. 19. quid vox sonet, apparet. addo: propriatim III. 43. habet sententiam adiectivi distributivi „singuli".

candidule II. 12. notio propria ad animum voluntatemque transfertur:

Restat. ut cognoscas. quae sint verba e vulgari dicendi ratione elata. statim plurima esse primae declinationis animadvertes: coarticulo i. q. artubus motum dare ideoque eos reddere idoneos ad aliquid faciendum I. 52; ora mutorum in officium sermonis dandi coarticulare.

coemendare II. 18. uno eodemque tempore emendare.

flato II. 38. vox intensiva de verbo flandi.

fellito II. 39. v. act. i. q. sugo. defano IV. 37. i. q. profano.

auctifico VII. 17. i. q. augeo. secundae et quartae declinationum nullum inveni. tertiae unum sequitur: coimbibo V. 30. i. e. constituere.

Quoniam quae inveni specimina orationis Arnobii et obsoletae et vulgaris protulimus, quam artissime ad ordinem, quem supra exposui, me applicans rem ita institui. ut primum clausulas in extremis periodis transgressione formatas, quas ordine utique servato diligentiaque haud exigua adhibita enotavi quasque omnes fere fuisse concriptas sperare mihi videor, ratione perlustrem et explanare contendam. cui legi illis in formandis Arnobius sit obsecutus. Arnobium enim transgressione extremis in periodis ubique passim constructa id potissimum egisse, ut oratio numerose apteque caderet et ipso in exitu periodorum. ubi numerus graviore vi in aures incidit, „quae extremum semper exspectant in eoque

acquiescant" (Cic. de orat. c. LIX. § 199), audientes eximie arripiat, iam supra satis dilucide me dixisse opinor. Quae lex utrum sit vera necne ut fusius demonstrem, deinde eas clausulas perspexi, quae in exitu periodorum transgressione formatae non sunt, tum qui numerus intra periodum statuendus sit. Jam vero alia, quibus quae sit ratio Arnobii ad alios scriptores in genere numeri graviores demonstratur, deinceps sequentur. Quas tamen quaestiones priusquam ad disserrendas aggrediar, illud mihi quaerendum proposui, sylla quae claudit utrum saepuis obvia sit longa quam brevis an secus, atque qui exsistat usus polysyllabarum periodos terminantium. Itaque sequitur

Pars secunda,

quae est

de clausula Arnobiana.

§ 1.

Praevaleatne ultima clausularum syllaba longa an brevis quaeritur.

Utra in extrema periodo posita syllaba, longa an brevis, merito praeferenda sit, Cicero et Quintilianus, quos cum in causis agendis peritos tum ratione dicendi praeceptisque oppido imbutos fuisse vix quisquam diffiteatur, longe dissentiunt, quamquam Quintilianus semel ac saepius se illi adstipulari profitetur.[1] Nam cum Cicero nihil interesse postrema syllaba longa sit an brevis in oratione soluta contendat, ita ut in extrema verborum continuatione eiusdem sit pretii epitritus qui dicitur secundus ac ditrochaeus, eiusdem creticus ac dactylus, „quia postrema syllaba longa an brevis sit, ne in versu quidem referat,"[2] Quintilianus permultum syllabae circuitum terminanti tribuit maximique ait esse momenti, quadam in serie syllabarum ultimam esse longam, quae in auribus audientium plenius sonet![3] Atque Arnobuis quidem, quem rhetorice orationem quam maxime ornasse iam supra cognovimus, praetuleritne in exeunte periodo syllabam brevem an longam, priusquam excutere possimus, omnes clausulas incisionibus verborum neglectis comprehendere duasque in partes digerere velimus, quarum una continet clausulas paenultima longa insignes altera brevi, ita ut binae unius euisdemque classis clausulae inter se penitus praeter ultimam respondeant. Haec praemonenda erant; pergo ad clausulas enumerandas:

---

1) Quint. Inst. or. IX. 56. 79. al. l.

2) Cic. orat. § 217.

3) Quint. Inst. or. 4 39 sq.

Tabula A.

clausul. descend.	I	S.i.	II	S.i.	III	S.i.	IV	S.i.	V	S.i.	VI	S.i.	VII	S.i.	Summae.
⏑ — — ⏑	38	14	31	5	13	3	21	7	24	10	17	9	22	9	166
⏑ — — —	37	15	44	21	18	2	22	12	26	6	13	5	41	16	201
— ⏑ — ⏑	14	5	26	7	7	3	11	5	10	6	5	4	12	4	85
— ⏑ — —	17	5	11	6	9	3	10	6	11	5	6	0	11	4	75
⏑ ⏑ — ⏑	4	1	1	0	1	0	1	0	1	0	1	1	2	1	11
⏑ ⏑ — —	3	2	3	1	2	0	0	0	1	0	1	0	2	1	12
— — — ⏑	1	0	3	1	0	0	3	1	4	0	0	0	1	1	12
— — — —	1	1	3	2	3	0	4	2	2	0	0	0	2	0	15
Summae	115	43	122	43	53	11	72	33	79	27	43	19	93	36	577
clausul. ascendent.															
— — ⏑ ⏑	16	7	23	11	14	1	23	8	14	5	6	5	34	16	130
— — ⏑ —	19	6	17	7	9	1	12	7	12	3	8	2	15	3	92
⏑ — ⏑ ⏑	1	0	0	0	1	0	0	0	0	0	0	0	0	0	2
⏑ — ⏑ —	1	1	2	0	1	1	2	1	1	1	0	0	1	1	8
— ⏑ ⏑ ⏑	2	0	1	0	1	0	0	0	0	0	1	1	1	0	6
— ⏑ ⏑ —	1	0	2	0	0	0	4	1	1	0	0	0	2	2	10
Summae	40	14	45	18	26	3	41	17	28	9	15	8	53	22	248

Nunc si quamvis leviter tabulam oculis perlustramus, illico numerum clausularum descendentium i. e. paenultimam longam quae exhibent, permulto superare apparet summam earum, quae habent paenultimam brevem, sive ascendentium, ut priorum ad posteriores exsistat ratio: 577 : 248.

Nec minus facile intellegi potest, Arnobium adamare ex una classe clausulas forma antispastica et ditrochaica insignes, ex altera formam ea serie syllabarum compositam, quam nos ionicum a maiori vocare solemus. Inter quingentas septuaginta septem clausulas ascendentes leguntur quingentae viginti septem formae antispasticae atque ditrochaicae, quae ceteras plus decies superant 527 : 50.

Eandem fere rationem obtinet in altera classe forma ionici a maiori, quae inter

ducentas duodequinquaginta clausulas ducenties vicies bis accumulatur, ut prae ceteris decies fere praevaleat 222 : 26.

Nunc vero si accuratius longane syllaba saepius sit adhibita quam brevis in clausularum finibus exstructis necne videre velimus, in antispastico numerus clausularum longe exuntium breviter finientes ita superat, ut habeas rationem 201 : 66.

In ditrochaeo rationem longarum breviumque esse aliam videmus, cum clausulae septuaginta quinque in longam cadant, in brevem octoginta quinque; ratio est 75 : 85

Paululo praevalet numerus quae exhibent ultimam longam clausularum in forma ionici quem dixerunt a maiori 12 : 11.

Idemque fere valet de clausula — — — ⏑, quae habet rationem 15 : 12.

Itaque si summatim huius prioris classis clausulas in longam et brevem cadentes recognoscimus, inter quingentas septuaginta septem trecentae tres ultimam longam exhibent, ducentae septuaginta quattuor brevem, quare longarum ad breves ratio fit 303 : 274.

Ut ad alterius classis clausulas paenultima brevi insignes examinandas transeamus, epitritus tertius qui appellatur multo saepius in brevem exit quam in longam, ut habeas 130:92.

In iis vero clausulis, quae deinceps sequuntur ⏑ — ⏑ — et — ⏑ ⏑ —, praevalet numerus longarum.

Summa omnium clausularum huius alterius classis est ducentae duodequinquaginta, e quibus exhibent ultimam longam centum decem, centum duodequadraginta brevem, ut breves non multo longas superent ratioque existat 138 : 110.

Ut omnia, quae singillatim singularum de finibus clausularum explanavi, summatim contemplemur unumque in locum cogamus, in priore classe numerum clausularum breviter execuntium non ita multo superari in longam cadentibus, in altera classe summam clausularum longis ultimis insignium non multum cedere breviter finientibus ita ut, si clausulas utriusque classis omnes una comprehensione ad oculos vocamus, ratio ad breves longarum existat 413 : 422.

Qua ex re haud scio an memo mihi adstipulaturus non sit colligenti, Arnobium in finibus earum clausularum, quas transgressione verborum ergo de industria ob certosque numeros exprimendos formaverit, neutri syllabae seu brevi seu longae plus tribuisse, cum eas aequabiliter fere sit dispertitus. Contra vero suo quidem iure dixerit quispiam, Arnobium in clausulis postremis praetulisse longam brevi, quamvis eas nullo fere discrimine numeri distribuerit, cum lingua latina ex natura indoleque multo plura verba iu breves cadentia quam in longas contineri constet, atque sine amore scriptoris studiove longae ambitum terminantis futurum fuisse, ut numerus clausularum brevi ultima insignium comparatis longis permulto praevaleret. Sed quid Arnobius de praestantia longae brevisc ultimae enuntiationum senserit, nihil ad rem, usus diiudicat.

Quem quidem multum abhorrere ab usu Ciceronis luculenter apparet, si illum sequi liet librum, quem G. Wuestus de clausulis rhetoricis Ciceronis (De clausula rhetorica

quae praecepit Cicero quatenus in orationibus secutus sit. Strassburg 1881.) scripsit in quoque (pag. 17.) clausulas in brevem exeuntes omnino praevalere exponit. Veluti illo in libro clausulae orationum, quae habitae sunt de imp. Cn. Pomp., in Catilinam III. pro rege Deiotaro, componuntur. cui clausularum tabellae me applicans brevibus syllabis in postrema periodo longas plus bis superari excussi.

Jam vero id quoque monendum putavi, qui accurate quam composui tabellam recognoscat, vel maximam aequabilitatem numeri in singulis singulorum librorum clausulis, quae non nisi ultima inter se differunt, eum esse inventurum eamque potissimum in sententiis interrogativis, in quibus usque fere numerus clausularum breviter exeuntium summam longe cadentium adaequet. Atque numerum utriusque classis interrogationum perlustres velim: statim eas haud ita raro occurrere cognosces. Etenim inter omnes prioris classis clausulas, quae sunt quingentae septuaginta septem, non minus ducentae duodecim sunt interrogationum i. e. tertia fere pars. Eadem ratio valet in altera classe, in qua sunt nonaginta una interrogationum ex ducentis duodequinquaginta. Quae vero sit causa huius de qua agitur rei, in contentionem vocari non potest, cum ab Arnobio interrogationes ob cultum dicendi augendum plus aequo adhibitas esse iam supra fusius explicavimus (cfr. pag. 2.) Longane interrogationes an brevi saepius finiantur, facile tabula duce comprehendes. Una in classe interrogationes longa ultima instructae centum sedecim inveniuntur, quae vero ultimam brevem exhibent, nonaginta sex (116:96.); posteriore in classe inter clausulas longe cadentes et breviter habemus rationem 37:54. Ut ergo, si omnes clausulas respicere velimus, in priore classe numerus clausularum in longam exeuntium paulo maior est quam breviter cadentium, secunda in classe aliter, ita in interrogativis quoque sententiis. Jam ut in utraque classe summa clausularum, quae longe terminantur, eadem fere perspicitur atque quae breviter cadunt, ita in finibus interrogationum; habes rationem quae est 153:150.

Quae cum ita sint, meo quidem iure scriptorem tanta aequabilitate tantaque arte in adhibendis longa brevique ultimis usum esse affirmare posse mihi videor, ut hoc de industria factum esse nemo negare ausurus sit. Quod quidem reapse ita esse ut demonstremus, eo consilio omnia polysyllaba quarti libri, quae in finibus enuntiatorum hyperbatis non formatis obvia sunt, excussimus atque magnum discrimen inter numerum clausularum in longam et in brevem exeuntium nihil intercedere repperimus. Sunt enim polysyllaba longa terminata centum triginta unum, brevi finita centum duodequinquaginta, cum in paragraphis 1—10 orationis de imp. Cn. Pomp. a Cicerone habitae, qui sua nihil interesse longa an brevi periodus terminetur ipse dicit, clausularum, quae exhibent longam et brevem, existat, ni fallor, ratio 175 : 304; quae quidem ratio, quo plus paragraphorum accedit, eo maior quin fiat, vix ac ne vix quidem quisquam dubitare potest.

Qua ex re in consilio Arnobii fuisse, ut vel maximam, quoad eius facere poterat, aequabilitatem longarum et brevium circuitus terminantium adhiberet adspergeretque hunc in modum orationi cultum quendam quosdamque numeros, luce clarius est, ne infractus verborum ambitus videretur. Qui longae ultimae usus plane cum iis concinit, quae hac

de re Aristoteles in rhetor. III. 8. admonet: ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολοβόν, ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτήν. [1])

§ 2.

De usu in extremis periodis vocum polysyllabarum.

Quoniam, quemadmodum scriptor longas brevesque in exeuntibus enuntiatis dispertitus sit, fusius explicare conatus sum, iam in eo esse puto, ut pauca de numero syllabarum vocum, quae periodos finiunt, exquiram. Quanti sit haec quaestio momenti, facile apparebit, si quae sequuntur diligentius perspexeris.

Clausulae, quae bisyllabis terminantur, centum quadraginta sex mihi occurrerunt ita tamen, ut clausula forma spondiaca insignis omnes alias permulto superet; inveniuntur enim septuaginta tres, cui quidem summae clausula forma trochaica numero appropinquat, quae quinquagies quinquies obvia est, cum cetera bisyllaba perraro legerim, formam iambicam terdecies, quinquies formam ⏑ ⏑. Iam vero, si tabulam B contemplari velis, quae cuiusque generis numerum in centenis clausularum refert, facile tibi persuadebis, optimas esse formas ex bisyllabis et spondiacam et trochaicam utramque cretico praecedenti, aliquo modo probari posse spondeum spondeo praecedenti anapaestoque et trochaeum ante se spondeum seu anapaestum habentem, tertio loco iam praecedenti spondeo insignem addam. En igitur optimae formae: — ⏑ — | — — et — ⏑ — | — ⏑.

Deinde quae quidem si non prorsus comprobandae, at certe non recusandae sunt: ⏒ ⏒ — | — — et ⏒ ⏒ — | — ⏑ et — — | ⏑ —.

Saepissime vero voces trisyllabas ab Arnobio in usum esse receptas ne quis diffiteatur non vereor, si inter omnes clausulas, quae summam octingentarum duodequinquaginta conficiunt, dimidiam fere partem trisyllabis expleri cognoverit. Etenim trecenties nonagies ponuntur; quas inter voces Arnobiano usu maxime probatae sunt hae:

— ⏑ | — — ⏒ forma molossi, quae centies tricies semel posita est. Numero sunt proxima verba formam antibacchii indicantia obviaque nonagies septies. Utramque formam praecedit trochaeus, ut incisione neglecta forma antispastica exsistat, qua Arnobium magnopere delectari iam superiore loco exposuimus. ⏑ — | — ⏑ ⏒ creticus undetricies invenitur, dactylum sexaginta quinque locis libri ostendunt. Uterque pes plerumque iambum excipit, qua re clausulae formis aut ionici a maiori aut epitriti tertii constructae fiunt, quas itidem persaepe in usu scriptoris videmus.

Ut ad verba quadrisyllaba transeamus, tantum iis, quae clausulam saepe usitatam referunt, scriptorem gavisum esse consentaneum est. Toto ex numero quadrisyllaborum, qui est ducenta duodenonaginta, in formam, quae ab epitrito secundo sumitur, undesexaginta conferuntur, septuaginta tria in ditrochaeum exeunt, epitritum tertium exhibent undequinquaginta, forma denique ionici a maiori quinquaginta tria induta sunt. Vides igitur optimas quadrisyllaborum formas in his clausulis positas: ⏑ — | — ⏒ — ⏒ et — ⏑ | — — ⏑ ⏒. Ex quinquesyllabis quattuor cadunt in ditrochaeum, clausulam anti-

[1]) Gonfer etiam: Volkmann. Die Rhetorik der Griechen und Römer. Leipzig 1874. § 51. p. 447.

spasticam duo, epitritum tertium unum. diiambum quinque conficiunt, epitriti secundi formam quinque exhibent, epitriti primi unum, forma ◡ — ◡ ◡ bis, ionicus a minori semel occurrit. Hexasyllaborum tria inveni exempla, ex quibus duo in ditrochaeum exeunt, unum formam epitriti secundi in exitu conformat.

Denique ut omnia, quae dixi, breviter complectar comparemque inter se singulas verborum classes, summum ad numerum trisyllaba se efferunt, sequuntur quadrisyllaba, tum bisyllaba, cum quinquesyllaba et hexasyllaba pro tota ceterorum summa ad nihilum fere redigantur. Jam vero hoc mihi monendum putavi, quod certae quaedam clausulae certi generis verborum peculiares sunt. Ut diligentius rem explicem, bisyllaba tantum incisione neglecta in dispondeum et epitritum quartum exeunt, quae quidem formae in trisyllabis aut quadrisyllabis non apparent; quadrisyllaba habent proprias clausulas ditrochaei et epitriti secundi, cum clausula antispastica bisyllaborum trisyllaborumque communis sit, una quidem clausula epitriti tertii ubique et in bisyllabis et in trisyllabis et in quadrisyllabis apparet.

Postremo quamquam monosyllaba non saepius quinquesyllabis oculis obversantur, tamen mihi in his accurate tractandis diutius morandum esse puto, quod monosyllabum in periodi exitu positum haud parvi esse momenti inter omnes credo constat. Namque viri docti apud poetas priscae aetatis versus subinde tantum voce monosyllaba circumscribi opera dedita eruerunt, cum poetae Augusti aetate Horatius, Ovidius aequalesque, qui laude poetica florebant, admodum religiose monosyllaba in fine periodi evitarent atque fugerent, nisi forte certum quiddam assequi contendebant, seu quod expectationi lectoris ad summum perductae ex inopinato respondere nolebant, seu quia rem naturalem ad verum quam maxime exprimere conabantur. Ut vero poetae, nisi quid intendebant, monosyllaba in extremis enuntiationibus neutiquam adhibere consuerant, ita a Cicerone quoque monosyllaba „consilio magis quaesita, quam neglegentia admissa esse" constat (cfr. Wuest pag. 41). Hoc vero etiam plus de Arnobio valere mihi videtur, cum in clausulis transgressione i. e. consilio arteque formatis non plus unum exemplum invenerim: lib. VII. § 21. aut natura, quae capri est, ut his rursus adcommoda, Jovialibus sacrificiis non sit? Quod reapse ita esse quo facilius demonstrare possim, omnes clausulas, quae non transgressione formatae sed monosyllaba voce terminatae sunt, ex libris primo tertio quarto excussi, quos nulla ratione nulloque consilio adductus extra ordinem elegi; atque ubi haec, ni fallor, omnia quae inveni exempla accurate examinaveris, quid de usu apud Arnobium monosyllaborum statuendum sit, facile intelleges.

lib. I. c. 2. liquoribus mutatus est. ib. c. IV. non ante nos? interrogatio quinquies accumulata est. ib. gesta sunt. ib. locus est: ib. c. 35 eum et nos. lib. III. c. 12. talis est. ib. c. 28. dii non sunt. ib. c. 32. nulla sunt: ib. c. 35. non sunt. ib. c. 35 di sunt? ib. c. 44. Summanus sit: lib. IV. c. 4. non sint? ib. natus est: ib. nomen est: ib. tutata sunt: ib. publicaverimus nos?

Quae vero monosyllaba a scriptore in exitu sententiarum ponantur si quaesieris, exaratas esse potissimum formas, quae aut de verbo „esse" aut de pronomine personali

sumuntur, semperque fere acutam vocem paenultimis verbis imponi quin intellegas, dubium non erit. In interrogativis praecipue sententiis monosyllabum praecedit verbum „non“ acuta itidem voce praeditum, cum saepe duae cogitationes et positiva et negativa inter se opponantur. Plerumque autem monosyllaba aut in enuntiatis interrogativis aut minoris interpunctionis signo obvia sunt. Jam ad id exemplum te revocatum volo, quod est in libri primi capite quarto, ubi in figura complexionis monosyllaba ita accumulantur, ut sententiae etiam atque etiam iteratae maxima gravitas brevitate bene adhibita imponatur. Quo cum loco in comparationem vocare possis lib. V, c. 31, ubi quaestio „non nos?“ quinquies graviter eximieque iteratur. Quae cum ita sint, ut omnia breviter complectar, perraro monosyllaba in libris ostenduntur; ubi vero proveniant, Arnobium non sine aliquo consilio in exitu enuntiatorum ea posuisse pellucidum quin sit equidem nullus dubitare possum. Ceteroquin vero scriptor clausulas in monosyllaba exeuntes transmutatione verborum evitare conatur, veluti his locis: lib. I. 63. quae sunt ista . . . lib. II. 17 . . . quamvis sint nobis opifices manus atque omni genere perfectionis artifices. ib. 18. non sunt ista scientiae munera sed pauperrimae necessitatis inventa, lib. III. c. 17. vos dicite, qua sit deus praeditus forma. Alia exempla exhibent monosyllaba praecedenti verbo elisione adiuncta:

lib. I. c. 40. expulsus e vita est? lib. III. c. 2. Subiciunt enim haec: lib. III. c. 18. prolatione dicendum est: ib. 29. conclusum est? lib. V. 10. consecutum est. ib. 13. hirquino est. ib. 29. claudenda est. ib. 38. defixum est. lib. VI. c. 6. subiectum est.

§ 3.

Singula clausularum genera duce tabula B in centenis numerum quae indicat perlustrantur.

Quoniam quae volui praefatus sum, ad clausulas ipsas naviter examinandas transgrediens elicere conatus sum, quas qualesque clausulas scriptor maxime amplexus sit. Priusquam vero de singulis clausulis disserere incipiam, dicere velim, quibus rationibus adductus clausulas quinquesyllabas ferme sine ulla exceptione exscripserim, cum alii quadrisyllabas fundamenti loco talium quaestionum posuerint. Enucleavi enim in clausulis pertractandis legem, secundum quam syllaba quinto loco ante finem posita usque in clausulis unius cuiusque generis perpaucis quidem exceptis secundae respondet eique par est. Ac si clausulas in tabula B prolatas perspicere placet, hanc legem haec in verba redigi posse dilucidum est:

1. Si bisyllaba vox in spondeum aut trochaeum exit, paenultima in iambum cadit.

2. Si trisyllabum spondeo aut trochaeo terminatur, paenultima vox in trochaeum exit; si trisyllabum iambo aut pyrrhichio finitur, paenultima finitur iambo.

3. Si quadrisyllabum spondeo aut trochaeo clauditur, paenultima vox exit in iambum; quadrisyllabum in iambum aut pyrrhichium cadens praecedit vox trochaeo insignis.

Quas si tres normas perpauca in verba conferre atque notionibus rhythmi ascendentis et descendentis uti licet, lex, quam Arnobius in clausulis transgressione constructis secutus est, ita exprimi potest:

Tabula B. numerum in centenis clausularum indicans.

	liber:	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
— —	— —	1,3 %	1,2 %	2.3 %	3,5 %	1,8 %	— %	1.4 %
— ⏑		—	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑ —		3,8	8,2	6,0	5,2	3,6	6,7	6,0
⏑ ⏑ —		1,3	0,6	—	—	2,7	—	2,0
— —	— ⏑	0,6	0,6	—	1,7	3,6	—	—
— ⏑		—	—	—	1,7	—	—	0,7
— ⏑ —		5,7	4,6	1,2	2,6	4,5	3,4	3,4
⏑ ⏑ —		2,5	0,6	1,2	—	2,7	—	1,4
— —	⏑ —	0,6	2,4	1,2	1,7	0,9	—	0,7
— ⏑ —		—	—	—	0,9	—	—	0,7
⏑ ⏑ —		—	—	—	0,9	—	—	—
— —	⏑ ⏑	0,6	1,2	—	1,7	0,9	—	—
Summae		16,4	19,4	11,9	20,8	20,7	10,1	16,3
— ⏑	— — —	17 %	14 %	15,5 %	13 %	15,5 %	15 %	17,4 %
⏑ —		—	0,6	1,2	—	—	—	—
— —		—	—	—	—	—	—	0,7
— ⏑ ⏑		—	—	—	—	—	—	0,7
— ⏑	— — ⏑	12,5	13	10,7	14	12,7	23,4	9,4
⏑ —		—	1,2	—	0,9	—	—	—
— ⏑ ⏑		—	—	—	0,9	—	—	—
⏑ —	— ⏑ —	3,8	3,5	2,4	3,5	0,9	5	4
— —		0,6	—	1,2	—	—	—	1,4
— ⏑ ⏑		—	—	—	—	—	—	—
⏑ —	— ⏑ ⏑	5,7	5,3	8,3	8,6	7,3	3,4	12,7
— —		0,6	1,8	—	1,7	—	—	0,7
— ⏑	⏑ — —	1,9	—	—	—	—	—	1,4
— —		0,6	—	6	0,9	—	—	—
⏑ —		1,3	0,6	—	—	—	—	—
⏑ —	⏑ — ⏑	0,6	—	1,2	1,7	—	—	—
— ⏑		0,6	—	—	—	0,9	—	—
— —		—	1,2	1,2	0,9	2,7	1,7	1,4
⏑ —	⏑ ⏑ —	0,6	1,2	—	—	—	—	—
— —		—	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑ ⏑		—	—	—	—	—	—	0,7
⏑ —	⏑ ⏑ ⏑	0,6	—	—	—	—	—	0,7
Summae		46,4	42,6	47,7	47,0	40,0	48,5	51,2
Summae		62,8	62,0	59,6	67,8	60,7	58,6	67,5

Adnotatio: duo hexasyllaba inveni, in secundo libro — ⏑ — ⏑ — ⏑ = 0,6 in centenis, in quarto libro ⏑ — — ⏑ — — = 0,9 %.

Tabula B.

	liber:	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
⏑ —	— ⏑ — —	8,1 %	3,5 %	4,8 %	4,3 %	4,5 %	6,7 %	5,4 %
— ⏑ ⏑		0,6	1,8	—	1,7	2,7	—	1,4
— —		—	—	—	—	1,8	—	—
⏕ ⏑⏑		—	—	—	—	—	1,7	0,7
⏑ —	— ⏑ — ⏑	6,9	10.0	7,2	6	6,4	6,7	3,4
— —		0,6	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑ ⏑		1,3	3	1,2	—	0,9	—	2
⏑ —	⏑ ⏑ — ⏑	1,9	—	1,2	0,9	0,9	—	—
— ⏑ ⏑		—	0,6	—	—	—	—	—
— ⏑		—	—	—	—	—	1,7	0,7
— —		—	—	—	—	—	—	0,7
⏑ —	⏑ ⏑ — —	—	0,6	1,2	—	0,9	—	—
— ⏑		0,6	0,6	1,2	—	—	1,7	0,4
⏑ —	⏑ — — —	0,6	2,4	—	—	1,8	—	1,4
⏑ ⏕	— — — ⏑	—	1,2	—	—	—	—	0,7
⏑ —	⏑ — — ⏑	2,5	0,6	2,3	0,9	0,9	1,7	0,7
— ⏑	— — ⏑ ⏑	3.1	5,3	8,3	7,7	5,5	5	9,4
— ⏑ ⏑		—	—	—	0.9	—	—	—
— —		—	—	—	—	—	1,7	—
— ⏑	— — ⏑ —	6,3	4,1	5,9	5.2	9,1	8,4	4
— —		0.6	—	—	—	—	—	—
— ⏑	— ⏑ ⏑ —	0.6	1,2	—	2,6	0,9	—	0,7
— —	⏑ — ⏑ —	—	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑	⏑ — ⏑ ⏑	0.6	—	—	—	—	—	—
— —	— — — —	—	—	—	—	—	1,7	—
— ⏑	— ⏑ ⏑ ⏑	—	0,6	—	—	—	1.7	—
— —		0,6	—	1,2	—	—	—	—
Summae		34,9	35,5	34,5	32,0	35,3	37,7	31,6
Summae		97,7	97.5	94,1	99,8	96,0	96.3	99,1
— ⏑ — ⏑ ⏑		—	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑ — ⏑ —		0,6	1.2	1,2	—	0,9	1,7	—
— — ⏑ — —		—	0,6	—	—	—	—	1,7
— — ⏑ — ⏑		0,6	0.6	—	—	—	—	—
⏑ ⏑ — — —		—	0,6	—	—	—	—	—
⏑ ⏑ — — ⏑		0.6	—	—	—	—	—	—
— — — ⏑ —		0.6	—	—	—	—	—	—
⏑ ⏑ ⏑ — —		—	0.6	—	—	—	—	—
⏑ — ⏑ — ⏑		—	—	1,2	—	—	—	1,7
⏑ ⏑ — ⏑ ⏑		—	—	1.2	—	—	—	—
— ⏑ — — ⏑		—	—	—	—	0,9	—	—
⏑ — ⏑ — —		—	—	—	—	0,9	—	—
Summae		2.4	3,6	3,6	0.9	2,7	1,7	3,4
Summae		100,1	100,4	97,7	100.7	98,7	98,0	102,5

I. Bisyllabum et quadrisyllabum in descendentem rhythmum exeuntia praecedit vox rhythmo ascendenti praedita aut vicissim.

II. Trisyllabum usque uno eodemque rhythmo seu ascendenti seu descendenti atque vox praecedens terminatur.*)

Jam si tabulam, in qua numerus in centenis clausularum refertur, attente perspicere velis, mirum in modum clausulae omnes omnibus in libris a primo usque ad septimum numero sibi constant et quas Arnobius summis in deliciis habet et quae numero perraro proveniunt, nec vero usquam sensim pedetemptimque seu numero ascendentem seu descendentem clausulam animadvertere potes. Quid ergo? licet Arnobius quam celerrime libros conscripserit, tamen omnibus in libris unam eandemque operam navasse clausulis formandis luculenter apparet. Quae praefatus ad singulas clausulas pertractandas transeamus ita, ut primum ad bisyllabis formatas, deinde trisyllabis, tum quadrisyllabis me vertam, cui descriptioni perpauca de quinquesyllabis et hexasyllabis additurus sum.

Inter bisyllabas clausulas primum locum obtinent trochaeus et iambus, uterque vero praecedenti usque cretico, ut quinta, id quod iam supra dixi, syllaba eadem sit quae secunda, atque numerus in centenis omnibus in libris perquam secum consentit. Aliquanto rariores sed aliqua quidem ex parte comprobandae sunt clausulae spondei et trochaei praecedenti spondeo, cum spondeus et trochaeus alio pede atque qui prolati sunt praediti pro harum clausularum numero magnopere attenuentur. Veluti inveniuntur clausulae — ⏑ | — — semel in libro IV. ibidem bis — ⏑ | — ⏑, aliquoties occurrunt ⏑ ⏑ — | — — et ⏑ ⏑ — | — ⏑. Clausula iambo finita raro provenit eaque spondeum excipiens, aliter formata ad nihilum fere numero recidit, ut pyrrhichius spondeo adhaerens.

Quod de bisyllabis clausulis dictum est, idem ipsum de trisyllabis valet, quae non secus atque incisione mutata ex bisyllabis formari possint, id quod ita esse tibi tabulam comparanti persuadebitur. Saepissime ex trisyllabis molossus exsistit, quem trochaeus praecedit quique in libro primo septies in centenis, in quarto terdecies, in septimo iterum septies versatur, sed si iambum excipit, paene ex oculis recidit, praecedentibus spondeo et dactylo semel in septimo libro apparet. Nec minus Arnobius palimbacchio praecedenti trochaeo delectatur, quae clausula in libro sexto ad summum numerum crescens etiam vicies ter videtur; sed si ante palimbacchium et iambus et dactylus collo-

---

*) Qua cum lege oppido quam concinunt ea, quae L. Havet de clausulis Symmachi invenit atque in libro, qui est «La prose métrique de Symmaque et les origines métriques du cursus par Louis Havet. Paris. Emile Bouillon, Editeur 1892. Bibliothèque de l'école des hautes études, quatre-vingt-quatorzième fascicule», exposuit:

II. § 9. Quelle que soit la forme métrique du dernier mot (ou si la phrase finit par quelque chose comme magnus-est ou non-vides, la forme métrique du dernier groupe), elle détermine la forme métrique du mot précédent. Par exemple, un mot final comme ēlātum sera toujours précédé d'un trochée, ou rarement d'un tribraque, qui en est l'équivalent. Un mot final comme amīcum sera toujours précédé d'un spondée. Un mot final comme ărĭdōrum sera toujours précédé d'un mot à pénultième brève. Quae eadem sunt in libris Symmochi atque Arnobii. Magno meo cum dolore ille liber sero in meas manus incidit, vix ut summas rerum excutere potuerim. Attamen Arnobium atque Symmochum in clausulis formandis idem fere esse secutos quibus demonstratur, multos locos afferre possum. Confer sodes cum tabula B: § 54. 57. 62. 74. 93.

cantur, tantummodo subinde emergens in libro secundo et quarto hic illic obvius est. Hoc vero loco Arnobium ob utramque huius generis clausulam formandam voci paenultimae coniunctionem „que“ data quidem occasione adiungere mihi memorandum est, cuius rei argumentum his in exemplis videri potest:

lib. I. 9. ordinibusque naturae. ib. 20. experianturque virtutes. ib. 26. cultumque praeponi. ib. 37. secundantiumque fortunas. lib. II. 33. licentiaeque censemus. ib. 73. auxiliisque servati. lib. III. 21. exagitaturque maioris. ib. 23. subministratque responsa? ib. 41. offensionesque placari. lib. V. 16. testimoniumque fortunae. ib. 13. insaniamque subiecit. ib. 38. crudelitasque Syllana? lib. VII. 17. appellatioque supponi? ib. 19. nigerrimasque mactari? ib. 22. disertissimisque mactari. ib. 28. adficiantque naturas. ib. 34. voluntatumque naturam. ib. 47. debilitatasque virtutes.

Clausularum, quae sequuntur, ex praecedenti iambo et dactylo creticove constantes, illa ⏑ — | — ⏑ ⏑ saepius occurrit atque inter 3 et 12 in centenis fluctuat, cum haec ⏑ — | — ⏑ — inter numeros qui sunt 3 et 5 iactetur. Uterque pes alio ac praecedenti iambo pede insignis vix semel bisve emergit. Idem valet de ceteris pedibus, bacchio et amphimacro. anapaesto et tribrachy, nec refert, qui pedes praecedant.

Ut ad quadrisyllabas transeamus, magnopere floret clausula, quam ab epitrito secundo appellatam inter numeros 8 et 4 vacillantem inveni ita vero, ut iambus praecedat; alio pede praecedenti trochaeo seu tribrachy seu dactylo multo rariorem eam esse duce tabula B facile cognosces. Idem de ditrochaeo, quem' Asianorum in magnis fuisse deliciis satis constat (cfr. Quint. inst. or. IX. 4. 103. Cic. orat. c. 63.), merito dici potest, sed iambo quidem praecedenti etiam aliquanto saepius quam epitritus secundus legitur, cum de numero 3, qui est in libro septimo, ad 10 in libro secundo ascendat. Praeterea Arnobio amori sunt utique praecedenti trochaeo et ionicus a maiori et epitritus qui dicitur tertius, qui numero aequabiliter proveniunt. Mediocriter atque vix semel bisve quadrisyllaba alius formae leguntur, ut tabula docemur, clausula ionici a minori et ⏑ — | ⏑ ⏑ — ⏑, cum clausula antispastica paululo saepius exstet atque aliae — ⏑ | ⏑ — ⏑ ⏑ et clausula diiambica — — | ⏑ — ⏑ — et — — | — ⏑ ⏑ ⏑ et dispondeus et proceleusmaticus ne semel quidem cernantur, etiamsi omnes ad unum libros diligenter perscrutari coneris.

Quinquesyllabae voces perraro apparent atque inter numeros, qui sunt 1 et 5, iactantur in primo et quarto libro, hexasyllaba bina in secundo quartoque libris inveni.

Denique ut rem brevi praecidam atque ante oculos tibi luculenter adumbrando ponam, in duas partes omnes clausulas digerere ausim et quae saepe occurrunt et qnae raro.

I. Saepe libenterque clausulae ponuntur:

1. ex bisyllabis.	aliqua ex parte comprobari possunt:	2. ex trisyllabis.
— ⏑ — | — —	— — | — —	— ⏑ | — — —
— ⏑ — | — ⏑	— — | — ⏑	— ⏑ | — — ⏑
	⏑ ⏑ — | — ⏑	⏑ — | — ⏑ —
	— — | ⏑ —	⏑ — | — ⏑ ⏑
	⏑ ⏑ — | ⏑ —	

3. ex quadrisyllabis.

◡ — | — ◡ — —
◡ — | — ◡ — ◡
— ◡ | — — ◡ —
— ◡ | — — ◡ ◡

mediocriter probandae sunt:

— ◡ | — ◡ ◡ —
◡ — | ◡ — — ◡
◡ — | ◡ — — —

Si vero quae qualesque sint formae clausularum incisione neglecta quaesieris, hae sunt tres:

1. — ◡ — — ⏓ 2. ◡ — — ◡ ⏓ 3. — — ◡ — ⏓

II. Quae clausulae raro proveniunt, bipartito distribui, ad a. enotavi vocum formas, quae per se probandae periodum suaviter claudunt, nisi cum praecedenti pede coniunguntur, ad b. voces exscripsi, quas par se ipsas nulla praecedentis pedis ratione adhibita quam religiosissime Arnobius evitare videtur.

1. ex bisyllabis.

a. — ◡ | — —
— ◡ | — ◡

b. — ◡ — | ◡ —
◡ ◡ — | ◡ —
— — | ◡ ◡

2. ex trisyllabis.

a. ⏓ — | — — —
— ◡ ◡ | — — —
◡ — | — — ◡
— ◡ ◡ | — — ◡
— — | — ◡ —
— ◡ ◡ |
— — | — ◡ ◡

b. | ◡ — —
| ◡ — ◡
| ◡ ◡ —
| ◡ ◡ ◡

3. ex quadrisyllabis.

a. — ◡ | — ◡ — —
— — |
— ◡ ◡ |
◡ ◡ ◡ |
— — | — ◡ — ◡
— ◡ ◡
— — | — — ◡ ◡
— ◡ ◡
— — | — — ◡ —

b. | ◡ ◡ — —
| ◡ ◡ — ◡
| ◡ — ◡ —
| ◡ — ◡ ◡
| — ◡ ◡ ◡
| — — — —

§ 4.

De clausulis verborum transgressione non formatis.

Nunc vero ut plane perspici pleneque intellegi possit, quam legem Arbobius in omnibus omnino clausulis struendis secutus sit, quaestio oritur, rectene omnia, quae de clausulis transgressione formatis detexi, imprimis illa quidem lex, quam de rhythmo verborum ultimi paenultimique haud perperam invenisse mihi videor, in alias quoque clausulas transferri possint necne. Quam quaestionem ob diiudicandam omnes clausulas transgressione nonformatas non omnium librorum, id quod necessarium nequaquam puto sed quarti tantum libri collegi atque, quoties cuiusque generis clausulae in centenis proveniant, excussi:

Tabula C.

— —	— —	2,5 %
— ◡ —		7,0
◡ ◡ —		1,2
— ◡		1.2
— —	— ◡	5,0 %
— ◡ —		3.6
◡ ◡ —		1,2
— ◡		0,6
— —	◡ —	2,5
◡ ◡ —		1,3
— —	◡ ◡	1.3
Summae		27,4
— ◡	— — —	6.2 %
◡ —		0,6
◡ ◡		0,6
— ◡	— — ◡	15,6
— —		0,6
◡ ◡		0.6
◡ —	— ◡ —	2,0 %
— —		0.6
◡ —	— ◡ ◡	5,6
— —		2.0
— —	◡ — —	0.6
◡ —		2,0
— —	◡ — ◡	0,6
◡ —		0,6
Summae		38,2
Summae		65,6

◡ —	— ◡ — ◡	10,0 %
◡ ◡ ◡		0,6
— ◡ ◡		2,0
◡ —	— ◡ — —	6,3
— ◡ ◡		. 3,6
— ◡	— — ◡ —	0,6
◡ —		0,6
— ◡	— — ◡ ◡	3,7
◡ —		0,0
— —	◡ — — ◡	0,6
◡ ◡		0,6
◡ —		1,2
— ◡	— ◡ ◡ ◡	0,6
◡ —	◡ ◡ ◡ ◡	0,6
— ◡	◡ ◡ — —	0.6
— ◡	◡ ◡ — ◡	1,2
Summae		32,8
Summae		98,4
— — ◡ — ◡		0,6
— ◡ ◡ — ◡		1,6
— ◡ ◡ — —		0,6
◡ — — — ◡		0,6
◡ ◡ — — ◡		0,6
Summae		3,6
Summae		102,0 %

Quodsi clausularum et quae transgressione verborum et quae transgressione formatae non sunt, comparatio recte quidem fiat, distinguendum est inter eas, quae saepe proveniunt quasque meliores vocare libet, et eas, quae raro exsistunt ideoque deteriores appellantur. Atque duas tabulas (hanc et tab. B.) accurate perspicienti meliores clausulas hac in tabula subinde etiam maiore in centenis numero praeditas quam in transgressione sine dubio confestim liquebit. Argumenti causa in medio ponam: Spondeum praecedenti cretico, qui in centenis hic quidem numerum 7 continet quique illic uno tantum in libro superatur atque in secundo octies ponitur. Idem de palimbacchio excipiente trochaeum dici potest. Etenim inter centum sexaginta duas clausulas viginti quinque hac forma insignes prodeunt, ut in centenis numerus sit 15,6, cum huius clausulae formam in transgressionibus maiore in centenis numero praeditam nullus liber ostendat, si a libro

septimo recesseris, ubi in centum clausulis etiam vicies ter iteratur. Clausula ditrochaica iambo praecedenti ad summum numerum enititur, qui in clausulis transgressionum non nisi secundo in libro ostenditur atque decies, si centum spectas, utrimque acervatur. forma huius clausulae ⏑ — | — ⏑ — — itidem tam saepe prodit quam in transgressionibus, cum aliae. id quod maxime mihi memorandum putavi. mirum in modum clausulis transgressione formatis numero cedant: clausula — ⏑ | — — ⏑ — vix semel inter centum videtur, in transgressione de 3,5 ad 8,1 ascendit; tantundem fere discrimen in clausula ex iambo subseqnentique cretico consuta statuendum est.

Ac deteriores quidem clausulae hic saepius quam illic nequaquam adhibentur atque etiam nonnullae omnino ex oculis evanescunt. ut ex trisyllabis anapaestus et tribrachys pedes, ex quadrisyllabis epitritus primus, choriambus, diiambus, paean secundus, molossus.

Quae cum ita sint, Arnobium usque unam eandemque rationem in clausulis struendis secutum esse ideoque omnia, quae ex clausulis transgressionum elicuimus. imprimis illam in paragrapho tertia descriptam legem in alias quoque clausulas cadere haud scio an iure affirmare possimus.

§ 5.

De numero intra periodum obvio quid statuendum sit.

Quamquam quin media pars periodi modice cernatur cadatve in aures dubium vix est, tamen Arnobium non modo in enuntiatis exeuntibus sed etiam in exitu earum enuntiationum transgressiones posuisse videmus, quae aliis adiunguntur. id quod quin ea de causa scriptor intenderit fieri non potest, ut numerus certus quidam quasi efficeretur. Qui qualisque sit ut demonstremus. omnes intra periodum clausulas collectas in eadem schemata redegi ac priores. quo ad comparandum cum ceteris faciliores fiant.

Ac si tabulam D, quam composui, oculis perlustrare velis, ultimas breves permulto superari longis continuo intelleges. Quid huius rei sit causae. nullo quidem negotio cognosces, ultimam intra periodum clausularum non natura sed positione vel saepissime esse longam tecum reputans. Rem ut subtiliter persequar, haec exempla in medium proferam, quae ad opinionem meam probandam perquam idonea putavi:

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
— — | — —	7,3 %	5,4 %	8,7 %	3,6 %	7,8 %	3,8 %	4,8 %
— — | — ⏑	2,7	1,2	2,2	1,8	0,8	1,3	0,6

Clausula spondiaca nullo in libro, ut vides, numero superatur clausula trochaica, quae etiam multum illi crebritate cedit.

Eadem ratio pertinet ad alias clausulas, quas laudare volo:

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
— ⏑ | — — —	13,6 %	14,2 %	11 %	12,6 %	13,4 %	9,7 %	15,5 %
— ⏑ | — — ⏑	5,0	2,5	2,4	3,6	3,8	13,8	4,4

Nisi in sexto libro clausula brevi ultima insignis saepius obvia non est quam illa longa ultima instructa.

Tabula D.

Summae clausularum.		I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
— —	— —	7,3 %	5,4 %	8,7 %	3,6 %	7,8 %	3,8 %	4,8 %
— ⏑		1.8	0,4	0.7	0,9	2,4	—	—
— ⏑ —		9,5	10	15,2	8,1	3,2	15,3	10,4
⏑ ⏑ —		1	3,8	3,2	4,5	8	—	3,3
— —	— ⏑	2,7	1,2	2,2	1,8	0,8	1,3	0,6
— ⏑		—	—	0.7	—	0,8	—	0,6
— ⏑ —		3,2	1,7	1.4	2.7	1,8	1,3	2,2
⏑ ⏑ —		—	0,4	1.4	0,9	0,8	1,3	3,2
— —	⏑ —	4	5	7.3	3,6	8	1,3	3,2
⏑ ⏑ —		—	—	—	—	—	—	1
— ⏑ —		—	0,4	1,4	—	0,8	—	—
— —	⏑ ⏑	1	—	—	2,7	1,6	—	—
⏑ —		—	—	—	0,9	—	—	—
Summae		30.5	28.3	42,2	29,7	36	24.3	29.3
— ⏑	— — —	13,6 %	14,2 %	11 %	12,6 %	13,4 %	9,7 %	15,5 %
⏑ —		—	0,4	—	—	—	—	0,6
— —		—	0.4	—	0.9	—	—	—
— ⏑ ⏑		2,3	0,4	—	0,9	1,6	—	—
— ⏑	— — ⏑	5 %	2,5 %	2,4 %	3,6 %	3,8 %	13,8 %	4,4 %
⏑ ⏑		0,5	—	—	—	—	—	—
— —		—	—	1,5	—	—	2,6	—
⏑ —	— ⏑ —	5,5	9.2	8	11,7	7,6	9,7	5,5
— ⏑		—	—	0.7	—	—	—	—
— —		1.4	2,0	1.4	0,9	3,2	—	1
⏑ ⏑		0,5	—	—	—	5.3	—	—
⏑ —	— ⏑ ⏑	5	4.2	3,6	2.7	4.8	7,6	5,6
— ⏑		—	—	—	—	0,8	—	—
— —		0,5	—	2,4	0.9	0,8	1,3	—
— ⏑ ⏑		0	0,8	0.7	—	—	—	0.6
— ⏑	⏑ — —	0,5	—	—	—	—	—	1,2
— —		0,5	2	2,2	—	0,8	1,3	—
⏑ —		—	0,4	—	0,9	—	—	—
⏑ —	⏑ — ⏑	—	1,3	—	—	0,8	—	—
— —		—	—	—	1,8	—	—	—
⏑ —	⏑ ⏑ ⏑	1,4	0,4	—	1,8	—	—	1,2
— —		—	—	—	0.9	—	—	—
⏑ —	⏑ ⏑ —	3,2	3	3	1,8	0,8	1,3	2,5
— —		1,8	0,4	—	—	—	—	—
⏑ ⏑		0.5	—	—	—	—	—	—
Summae		42.2	41,6	36,9	41,4	43,7	47,3	38,1
Summae		72,7	69,9	79,1	71,1	79,7	71,6	67,4

Adnotatio: Hexasyllaba inveni in libro primo — ⏑ — ⏑ — — = 0,5 % et — — — ⏑ — — = 0,5 %, in libr. II — ⏑ — ⏑ — — = 0,4 %, in libr. V — ⏑ — — ⏑ — = 0,8 %.

		I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
⏑ —	— ⏑ — —	5,5 %	8,3 %	7,8 %	4,8 %	3,8 %	5.7 %	4,8 %
— ⏑		0,5	—	—	—	—	1,3	—
— ⏑ ⏑		1	0,4	2,2	0,9	1,6	1.3	1,2
— —		—	—	—	—	—	—	—
⏑ —	— ⏑ — ⏑	1,4	1.7	0,7	3,6	1,6	2,7	1,2
— —		0,5	—	—	0,9	—	—	—
— ⏑ ⏑		0,5	0,8	—	0,9	—	—	0,6
⏑ —	⏑ ⏑ — —	1	1,7	—	0,9	—	4,7	0,6
— ⏑		0,4	—	—	—	—	—	0,6
— ⏑ ⏑		—	0,4	—	—	—	1,3	—
— —		—	—	—	—	—	1,3	—
⏑ —	⏑ ⏑ — ⏑	1	0,4	—	—	0,8	—	—
— —		—	0,4	—	—	—	—	—
— ⏑ ⏑		—	—	—	0,9	—	—	—
⏑ —	⏑ — — ⏑	1	—	—	—	—	—	0,6
⏑ ⏑		—	0,4	—	—	—	—	—
⏑ —	⏑ — — —	1,4	1,3	1,4	1,8	—	—	2,5
⏑ ⏑		0,5	—	—	—	—	—	0,6
— ⏑	— — ⏑ ⏑	1,4	1,3	2,8	—	3,8	2,6	3,3
⏑ —		—	0,4	—	—	—	—	—
— ⏑	— ⏑ ⏑ —	1,8	1,3	—	1,8	—	—	2,5
— —		—	0,8	—	—	—	—	—
— ⏑	— — ⏑ —	3,2	3,8	2,2	5,4	7,8	7.4	8,8
⏑ ⏑		—	0,8	—	—	—	—	—
⏑ —		—	—	—	0,9	—	-	—
— ⏑	⏑ — ⏑ ⏑	—	—	0,7	—	—	—	0,6
⏑ —	⏑ — — —	—	—	—	—	—	0,6	—
— ⏑	— — — —	—	1,3	—	—	—	—	—
⏑ —	— — — ⏑	—	0,4	—	—	—	—	0,6
⏑ —	⏑ ⏑ ⏑ ⏑	0,5	—	—	—	—	—	—
— ⏑	— ⏑ ⏑ ⏑	1	0,4	0,7	0,9	0,8	1,3	1,2
Summae		22,6	26,3	18,5	23,7	19,4	32,2	29,7
Summae		95,3	96,2	97,6	94,8	99,1	103,8	97,1
— ⏑ — ⏑ —		0,5	0,4	0,7	0,9	—	—	—
⏑ — — ⏑ —		0,5	—	—	—	—	—	—
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ —		0,5	—	—	—	—	—	—
⏑ ⏑ ⏑ — —		1	—	—	—	—	1,3	—
— ⏑ ⏑ — ⏑		0,5	—	—	—	—	—	—
— ⏑ ⏑ — —		0,5	—	—	—	—	—	—
— ⏑ — ⏑ ⏑		0,5	—	0,7	—	—	—	—
— ⏑ — — —		0,5	—	—	—	—	—	—
— — ⏑ — —		0,5	1,3	—	1,8	2,4	—	—
⏑ — ⏑ — —		0,5	—	—	—	—	—	—
— — ⏑ — ⏑		0,5	0,4	—	—	—	—	—
— — — — —		—	—	—	—	0,8	—	—
⏑ ⏑ — ⏑ —		—	—	—	0,9	—	1,3	—
Summae		6,0	2,1	1,4	3,6	3,2	2,6	0,0
Summae Summarum		101,3	98,3	99,0	98,4	102,3	106,4	97,1

	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.
⏑ — | — ⏑ —	5,5%	9,2%	8%	11,7%	7,6%	9,7%	5,5%
⏑ — | — ⏑ ⏑	5	4.2	3,6	2,7	4.8	7,6	5,6
⏑ — | — ⏑ — —	5.5	8.3	7.8	4.8	3.8	5.7	4,8
⏑ — | — ⏑ — ⏑	1.4	1.7	0.7	3.6	1.6	2.7	1,2
— ⏑ | — — ⏑ —	3,2	3.8	2,2	5.4	7.8	7.4	8,8
— ⏑ | — — ⏑ ⏑	1,4	1.3	2,8	—	3,8	2,6	3,3

Praeterea consentaneum puto fieri non potuisse, ut scriptor intra periodum tanta aequabilitate tantaque constantia in verbis componendis quanta in exitu periodorum uteretur. Atqui mirifice quam in his quoque clausulis sibi constitit, cum illa lex, quam iam supra (pag. 22) de clausulis Arnobianis protuli, eximie insigniterque sit observata. Etenim, ut tabula docet, proinde atque in clausulis, quae ambitus circumscribunt, bisyllaba vox et quadrisyllaba in rhythmum descendentem exeuntes excipiunt vocabula rhythmo ascendenti instructa aut vicissim, trisyllaba terminatur eodem rhythmi genere ac vox praecedens. Atque eae clausulae, in quibus haec lex non videtur, perraro inveniri possunt, nec minus, quas omnino in exitu quoque periodorum haud ita libenter a scriptore adhibitas esse exposuimus, ita ut optimae intra periodos clausulae statuendae sint, quae cum clausulis sententias finientibus perfecte absoluteque consentiunt. Quae cum ita se habeant etiamque clausulae sententiarum intra periodos secundariarum in eandem rationem constructae sint atque quae periodos concludunt, omnia, quae superiore loco de rhythmo ultimi paenultimique verborum dixi, recta rectisque in observationibus posita posuisseque Arnobium clausulas inita subductaque ratione neutiquam negari potest.

§ 6.

De prosodia Arnobii quaedam proponuntur.

Quoniam finem clausulas tractandi feci, in eo est, ut observationes quaedam prosodiacae, in quas incidi, adiciantur. Ac primum quidem profero:

i paenultimam in perf. coniunct. et fut. ex. prima et secunda personis plur. numeri poetae saepe ancipitem reddiderunt; exempla vero in libris Arnobii exstant, ex quibus Arnobium illam vocalem longae instar habuisse summa fide concludi potest. lib. IV. 1. rettuleritis in censum? si in voce „rettuleritis“ paenultimam brevis loco esse putas, habes clausulam pessimam. ib. 10. provideant dixeritis. ib. 11. offenderitis certissimos; „offenderitis“ mea quidem sententia Reifferscheidius optume correxit pro „offenderetis“, quae lectio libro Parisino debetur, cum coniunctivus perfecti multo magis idoneus ad tempora praesentia huius enuntiationis videatur atque eandem formam clausulae persaepe ab Arnobio positae adhibeat. lib. V. 15. contulerimus ullas; quamquam clausula — ⏑ — — haud ita saepe occurrit, tamen litteram i vocis „contulerimus“ longae loco positam esse oportet, cum clausula ⏑ ⏑ ⏑ — — omnino non prodeat. lib. VI. 1. constitueritis infamias; fac litteram i esse longam, optimam clausulam habes. confer. sodes, lib. II. 55. voluerimus insanias. lib. VII. 15. acceperimus imperiis; i littera longae instar posita illa lex bene observatur, secundum quam quadrisyllabum in rhythmum ascendentem exiens semper fere vox in descendentem numerum cadens praecedit.

i simplicem pro „ii“ in genitivo casu substantivorum nominum in ius et ium cadentium atque in dativo et ablativo casibus pluralis numeri in ia, ius, ium exeuntium substantivorum a scriptoribus vetustis usurpatum esse satis constat. Cui quidem usui Arnobius studuerit, exempla, quae exstant, in medio relinquere meo quidem iudicio videntur, cum ad meliores clausulas formandas nihil intersit, utrum clausulae habeant i pro ii aut is pro iis necne. lib. II. 42. distenderent tibiis; clausula ex spondeo praecedentique cretico consuta eiusdem pretii est, cuius clausula ex iambo et subsequenti cretico constans. Jam nihil refert, i simplex an duplex insit in his clausulis: lib. III. 28. adtribuat diis tales; lib. IV. 8. earum dii rerum, ib. 9. dispendiis constent? ib. 15. prosapiis monstrant. ib. 18. caerimoniisque narrare. Ut vides, omnia fere haec exempla dat. et abl. casus plur. numeri continent. Quod vero in his potissimum casibus haec de qua agitur quaestio diiudicari non potest, oppido quam cum iis observationibus convenit, quas G. Wuestus (pag. 80) exscripsit: „in quorum (sc. exemplorum) tribus prioribus i simplex nihil facit ad clausulas meliores conficiendas, duobus posterioribus ne licet quidem propter vitiosas, quae exsisterent, clausulas.“ Unum exemplum inveni, in quo i simplex meliorem clausulam conficit. lib. III. 16. inesse diis formas: idem haud scio an valeat de hoc loco: lib. II. 1. insidiatus est matrimoniis?

O litterae, quae est in fut. ex. act. generis prima pers. sing. numeri, unum exemplum inveni, in quo brevis instar habuisse scriptor mihi videtur. lib. III. 43. inposuero cognomina? Quibus ex verbis optima clausulae forma fingitur, si o brevis loco ponitur atque u + e synizesi contrahuntur, cuius quidem synizesis aliud exemplum me non invenisse confiteor.

littera o in nominativo casu declinationis tertiae in omnibus exemplis, quae inveni, anceps refertur atque seu brevis seu longae mensura numerata utrimque bonam clausulam conficit, quamquam omnino has clausulas in o longam melius exire concedendum est. lib. II. 24. adducat accessio: lib. II. 28. invexisset adiunctio: ib. 51. habenda suspicio; lib. III. 32. reciprocetur oratio; ib. 37. conveniret assensio: lib. IV. 5. circumegerit ratio; ib. 40. interpretatione conversio: lib. VII. 32. excitatur impressio; ib. 37. ratio ponderari; quo in loco non nisi o longa bonam clausulam conficit.

Litteram s finalem persaepe a priscis poetis Romanorum subsequente consonanti in verbis terminationem is vel us habentibus elisione detractam esse notum atque eo perspicuum est, quod s in primo et medio verbo acriter, in postremo leviter fusceque ita pronuntiabatur, vix ut saepe audiretur. Quem usum limati et politi poetae aetatis Augusti religiosissime evitaverunt. Idem de elisione id genus Arnobii dici potest, cum ubique littera s finali elisa pessimae usque clausulae cooriantur, quod rectum sit necne, haec in censum veniunt exempla: lib. I. 2. institutionibus morum? Si s litteram adimas, formula heroica exsistit, cuius nullum in bisyllabis inveni exemplum. ib. 8. viribus comparari. ib. 14. nominis nationes. ib. 15. necessitatibus tempora. ib. 16. gentibus Christiani. ib. 18. sitientibus vitam. confer alios locos: lib. II. 4. 10. 16. 19. lib. III. 1. 2. 14. 17. 20. 23. lib. V. 2. 3. 16. 36. lib. VII. 2. 26. 29 32. 40. 41.

§ 7.

Clausulae Arnobianae atque Apuleii, Lactantii, Ciceronis inter se comparantur.

Cum cuius generis cuiusque numeri sint clausulae Arnobianae, fusius explicaverimus, in comparationem clausularum vocare libet Apuleium, cui cum Arnobio multa communia sunt quique itidem oratione plus aequo fucata variisque dicendi generibus promiscue usus elocutioni priscae perquam indulsit, et Ciceronem et Lactantium, qui Arnobium secutus simulque eiusdem linguae societate cum Cicerone coniunctus fuso dicendi genere ac magna integritate libros conscripsit. Quam ad rem libellos, quos Apuleius de deo Socratis et de officio dei Lactantius scripserunt, elegi, ac priusquam ad quaestionem ipsam tractandam expediamur, statuendum mihi constitui, quoties cuiuslibet generis clausulae in centenis occurant. Quomodo Ciceronis orationem conferre velimus, inferiore loco exponetur.

Primum si Apuleii clausulas spectamus, eum multo maiore studio quam Arnobium quinquesyllabas voces ita amplecti liquet, ut numero etiam bisyllabas superent, cum in libris Arnobii ad nihilum fere pro universo clausularum numero diluantur. Ut ad singulas species descendam, clausulam ditrochaicam praecedenti longa insignem sexies inveni, quae quidem summa in centenis efficit numerum 3, 4; ter obviae sunt ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ et clausula heroica, quam Arnobius ne semel quidem posuit, semel bisve apparet. Hexasyllaba quattuor inveni, ex quibus tria in ditrochaeum praecedenti spondeo cadunt, unum trochaeo ter accumulato contexitur. Unum verbum ex dactylo ac subsequenti ditrochaeo consutum occurrit.

Deinde ab usu clausularum Arnobiano multum abhorret, quod Apuleius rationem vocis paenultimae neutiquam adhibet nihilique pendit, quem in numerum paenultima exeat. Quod revera ita esse tibi persuadebis, si nonnullas clausulas, quas ad rem explicandam perquam idoneas putavi, mecum recognoveris. Clausula palimbacchiaca ter versatur praecedenti spondeo, ter excipit iambum, quater praecedit trochaeus, ita ut in centenis 1,7 : 1,7 : 2,3 fiant, cum apud Arnobium, si primum librum respicis, palimbacchius praecedenti trochaeo in centenis duodecies versetur, alio pede indutus ne semel quidem proveniat. Eadem ratio valet de forma molossi, quem aequo fere numero insignes trochaeus, iambus, spondeus, pyrrhichius praecedunt; Arnobii vero usu molossus semper trochaeum sine ulla quidem exceptione in libris primo, quarto, quinto, sexto excipit, ceteris in libris alius pes subinde tantum ac perraro praecedens oculis percipitur. Iam amphimacrum spondeus ter praecedit, ter iambus, semel dactylus. Eadem observatio in quadrisyllabis fieri potest, cum clausula forma ionici a maiori insignis praecedenti trochaeo in centenis numerum 5,7 exhibeat, praecedenti spondeo 2,3, iambo praecedenti 1,2. Apud Arnobium haec clausula semper fere ita consuitur, ut trochaeus praecedat aliique praecedentes pedes admodum evanescant. Clausula ditrochaica iambum excipiens in centenis numerum 5,7 indicat, sqondeum excipiens numerum qui est 2,4, cum in libris Arnobii ratio huius clausulae iambo ac spondeo instructae in primo libro 6,9 : 0,6, secundo 10 : 0, tertio 7,2 : 0, omnibus in ceteris libris similis ratio proveniat.

Tabula E.

		Apl.	Lact.
— ⏑ —	— —	4,0 %	2,3 %
⏑ ⏑ —		0,6	0,6
— —		0,6	1,0
— ⏑		—	0.5
⏑ ⏑ ⏑		—	0,2
— ⏑ —	— ⏑	2,8	3.9
— —		1.2	0.9
— ⏑ ⏑		—	0.5
— ⏑		—	0.6
— —	⏑ —	0,6	2,7
— ⏑ —		—	1,0
⏑ ⏑ —		—	0.4
— —	⏑ ⏑	0,6	2,3
— ⏑ —		1.7	0.2
— ⏑ ⏑		—	0,2
Summae		12,1	18.2
— ⏑	— — —	0,6 %	6 %
— —		0.6	0.8
⏑ —		1.2	0.8
⏑ ⏑ ⏑		1.2	0.8
— ⏑	— — ⏑	2.3	6.1
— —		1.7	—
⏑ —		1.7	1.7
— ⏑ ⏑		0.6	0.8
— ⏑	— ⏑ —	2.8	1.5
— —		1.2	0.8
— ⏑		1.2	0.2
— ⏑ ⏑		0.6	—
⏑ —	— ⏑ ⏑	3.4	6.1
— —		0,6	0.6
— ⏑		—	0.8
⏑ ⏑		1.2	0.6
— —	⏑ — —	1.8	2.5
— ⏑		0.6	—
⏑ —		—	1,0
⏑ —	⏑ —	1,8	0.6
— —		1,8	3.9
— ⏑ ⏑		0,6	0.2
⏑ —	⏑ ⏑ ⏑	1,8	1.7
— —		0.6	—
— ⏑		—	0.2
⏑ —	⏑ ⏑ —	1,2	0.2
— ⏑		—	0.6
— —		—	0.8
⏑ ⏑	⏑ ⏑ —	—	0.2
Summae		31,1	41.9
Summae		43.2	59,2

		Apl.	Lact.
⏑ —	— ⏑ — —	— %	2.0 %
— —		0.6	0.6
⏑ ⏑		0,6	0,4
— ⏑		—	0,6
⏑ —	— ⏑ — ⏑	5,7	7.4
— ⏑		0,6	0.4
— —		2.4	1.2
⏑ ⏑		—	2,8
— ⏑	— — ⏑ —	1.7	0,2
— —		1.2	0.2
⏑ —		0.6	0.4
— ⏑	— — ⏑ ⏑	5.7	2.8
— —		2.3	0.8
⏑ —		1.2	0.6
⏑ ⏑		0,6	0.8
⏑ —	⏑ — — —	1.2	0.2
— —		0.6	—
⏑ —	⏑ — — ⏑	1.2	1.2
— —		0.6	—
⏑ ⏑		—	0,8
— ⏑	— ⏑ ⏑ ⏑	4.2	1.2
⏑ —		—	0,4
⏑ ⏑		0.6	0.2
— ⏑	— ⏑ ⏑ —	1,2	1.6
— —		0.6	0.2
⏑ —		0,6	—
⏑ ⏑		—	0.2
— ⏑	⏑ ⏑ — —	0.6	1.6
⏑ —		—	0,2
— —		—	—
— ⏑	⏑ ⏑ — ⏑	1,7	6.1
⏑ —		1.2	1.0
— —		—	0.2
— ⏑	— — — ⏑	—	0.2
⏑ —		0,6	0.4
— —		1.7	0.4
⏑ ⏑		0.6	0.4
⏑ —	— — — —	2.3	—
Summae		42.1	39,5
Summae		85,3	98,7

	Apl.	Lact.
— — ⏑ — ⏑	3,4 %	0,2 %
⏑ ⏑ ⏑ — ⏑	1,7	0,2
⏑ — ⏑ ⏑ —	1,2	—
⏑ — ⏑ ⏑ ⏑	0,6	—
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	0.6	—
— ⏑ ⏑ — ⏑	1,7	—
— — ⏑ — —	1,2	—
— ⏑ — — ⏑	1.2	—
⏑ ⏑ — — ⏑	0,6	—
⏑ — — ⏑ ⏑	0,6	—
⏑ — — ⏑ —	—	0,6
— — — — ⏑	—	0,4
⏑ ⏑ ⏑ — —	—	0,2
⏑ — — ⏑ ⏑	—	0,4
— ⏑ — ⏑ ⏑	—	0,4
Summae	12,4	2.8
Summa Summarum	97,7	101,5

Huic tabulae adicienda sunt quattuor hexasyllaba ex libro Apuleii detecta — ⏑ — ⏑ — ⏑ = 0.6 % et — — — ⏑ — ⏑ = 1,7 %. unum ex serie septem syllabarum contextum exiensque in ditrochaeum — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ = 0,6 % quos si numeros ad tabulae summam addas, efficitur universus numerus 100,6.

Quae cum ita sint, Apuleium utique pro nihilo putasse, quem in numerum vox paenultima exiret, ubicunque vero in eundem rhythmum atque apud Arnobium cadat, hoc casu, non consilio scriptoris rationeque factum esse summa confidentia non affirmare non possumus.

Tertio loco adiciendum est, magnum discrimen inter Apuleium et Arnobium intercedere in eo, quod hic clausulas certas adamat, quae perraro ab illo usitantur. Clausula ex trochaeo et molosso contexta ad maximum in centenis numerum se effert atque etiam decies septies in nonnullis libris Arnobii iteratur, cum Apuleius semel eam habeat aut alio pede praecedenti ac trochaeo semel bisve. Idem de clausula epitriti secundi dici potest, quam forma ⏑ — — ⏑ — — indutam Arnobius magnis in deliciis habet. Apuleius non nisi alio ac iambo pede praeditam bis adhibere conatur. Jam duas clausulas, quae sunt diiambica et paeanis secundi, apud Arnobium perraro obvias, ab Apuleio omnino non adhibitas esse mentionem faciamus oportet. Clausulae vero et ex quattuor longis consuta, quae in libro sexto Arnobii semel emergit, et paeanis qui dicitur quarti, ab Arnobio nusquam usurpati, Apuleio mediocriter quidem deliciis esse videntur, cum haec octies illa quater legantur.

Duabus vero in clausulis scriptores inter se consentire liquet et in ditrochaica et ionici a maiori, quarum utramque utrumque apud scriptorem iambus praecedit, quamquam numerus in centenis utriusque clausulae, qui est in libris Arnobii, Apuleii omnibus fere in partibus excedit.

Si ex omnibus, quae singillatim de clausulis Apuleii Arnobiique protulimus, summatim concludere mihi licet quaerenti, eiusdemne generis sint clausulae utriusque scriptoris necne, hoc ita esse optimo quidem iure diffiteri audeo, cum similitudines nullas fere etiam subtiliter rimando elicere potuerim, dissimilitudines diversitatesque haud parvas excusserim, primum in quinquesyllabis, quae Apuleius magis quam Arnobius amplectitur, deinde in numero ultimae paenultimaeque vocum, quibus in conectendis Arnobius ab Apuleio magnopere dissidens certam quidem legem observare solebat, tum in singulis clausulis, quae ab altero adamantur ab altero magis minusve evitantur.

Comparanti Lactantii Arnobiique clausulas, quin in oculos incidat structuram saepissime obviarum aliquatenus eandem esse apud utrumque dubitari vix potest. Ex bisyllabis Lactantius clausulas ex cretico seu spondeo subsequentique trochaeo spondeove consutas atque iambum praecedenti spondeo insignem magno amore complectitur, cum omnes, quae dictae sunt, formae pro numero aliarum saepe i. e. in centenis bis ter quatérve aut inter omnes clausulas, quae sunt quadringentae octoginta tres, undevicies seu undecies seu terdecies occurrant.

Clausulae, quae ab Arnobio ex trisyllabis saepe ac libenter formatae sunt, etiam in libro Lactantii ad summos in centenis numeros ascendunt, qui in libello Lactantii mire quam numero sibi constant. Etenim clausulae ex trochaeo ac subsequenti molosso aut palimbacchio contextae, et dactylus praecedenti iambo sexies in centenis apparent, cum clausula quarta earum, quas Arnobius saepe adhibere solet, ex iambo et consequenti cretico constans semel in centum clausulis exsistat.

In quadrisyllabis scriptores ita consentiunt, ut clausula ditrochaica praecedenti iambo tam frequenter in libro Lactantii quam Arnobii prosiliat, cum aliae clausularum formae Arnobianis numero multum cedant. Quinquesyllabae voces raro, hexasyllaba nulla reperiuntur.

Ergo quamquam haud exiguae communitates cum Arnobio Lactantii sunt, tamen hic ab illo compluries differt: Lactantius enim etiamsi in disciplinam Arnobii se tradiderat, orationis Ciceronianae maximam curam sibi assumere studuit, quare fit, ut in libro Lactantii clausulas inveniamus, quas Arnobius religiosissime evitare contendit. Cicero imprimis ad conclusionem periodi aptas comprobat.

Ac paeanem quidem propter iteratas syllabas breves summae Aristotelis*) auctoritati obsequens Cicero aliqua quidem ex parte laudat, quamquam periodum paeane haud ita bene concludi sensisse videtur, dicit de orat. § 215: „et eius (sc. cretici) aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissume putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex. Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optume cadere censent veteres: ego non plane reicio, sed alio antepono." Quibus cum verbis plane con-

*) Arist. rhetor. III. 8. λείπεται δὲ παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν πάντες ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι, paulo infra: ὁ δὲ παιὰν ληπτέος ἀπὸ μόνου γὰρ αὐτοῦ κτέ.

venit usus Lactantii; provenit enim in centenis quater, si clausulas trisyllabarum — | ⏑ ⏑ ⏑ et quadrisyllabarum — ⏑ ⏑ ⏑ spectas, cum ab Arnobio vix semel inter centum periodorum exitus proferatur. de orat. § 217. praeterea legimus: „. . . aut par choreo trochaeus, qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis . . . . si est proximus a postremo, non (ex prioribus hoc verbum est interpolandum) parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus." Nunc si numeros Lactantii clausularum his formis insignium inter se addas, ⏑ ⏑ | ⏑ — ⏑ et ⏓ ⏑ | ⏑ ⏑ — ⏑ et ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ aut ⏑ ⏑ ⏑ | — — et — ⏑ | ⏑ ⏑ — — et ⏑ ⏑ ⏑ — —, clausulam ex tribrachy et trochaeo constantem in magnis esse deliciis Lactantii atque in centum clausulis septies iterari, clausulam ex tribrachy spondeoque consutam bis tantum provenire facile cognosces. Sed si perquires, quoties eaedem clausulae apud Arnobium proveniant, magnum esse discrimen in crebritate multoque rarius imprimis clausulam trochaicam praecedenti tribrachy ab Arnobio esse prolatam videbis.

Secundo loco discrimen in eo positum adiciam, quod Lactantii nihil interest, quem in numerum duae ultimae periodi voces exeant. Nam quamquam in clausulis, quas uterque scriptor amori studioque habet, lex illa Arnobiana observata est, tamen aliae clausulae haud scio an sint aptae, quibus hanc legem apud Lactantium in universum non valere discamus. Reverane quae dixi recta sint necne, his demonstrabitur clausulis, quae ex quadrisyllabis sunt depromptae, quorum ultima in contrarium numerum atque paenultima vox exire solet. Habes enim clausulas ionici a minori, quae est — ⏑ | ⏑ ⏑ — — quaeque trochaeum excipiens in centenis plus semel obvia, sed iambum excipiens ne semel quidem occurrit. Clausula paeanis qui dicitur tertii praecedenti trochaeo sexies in centum periodorum finibus posita est. Aliqua ex parte ab Arnobii ratione clausulas formandi abhorrent et bacchius et amphimacrus uterque praeter legem Arnobianam non iambo sed praecedenti spondeo praeditus; quas quin clausulas Lactantius adamaverit, nullus equidem dubito, cum collatione aliarum aestimatae pro rata saepe — in centenis 2,5 et 3,9 — occurrant.

Ut omnia in perpauca conferam brevique rem praecidam, similitudines quaedam Arnobio et Lactantio adscribendae sunt in iis clausulis, quas ab utroque saepe ac libenter usitatas explanavi; diversitates inveniuntur a) in certis quibusdam clausulis, in quibus Lactantius ab Arnobio maximopere discrepat, quae vero plane praeceptis de clausulis Ciceronis respondent, b) in illa lege, quae ad numerum exeuntem ultimi paenultimique verborum pertinet et quae omnis a Lactantio observata non esse videtur.

Comparatio clausularum Arnobii cum Ciceronis eo brevior fit faciliorque, quod pro fundamento huius quaestionis clausulas ponere licet, quas G. Wuestus ex orationibus Ciceronis collegit et perlustravit. Primum quidem statuendum est, Ciceronem id neutiquam egisse, ut duae voces periodorum ultimae in certum definitumque numerum caderent, id quod tabula clausularum (G. Wuest pag. 60. 61.) conscripta explicatur. Quod haud perperam esse dictum quibus illustratur, luculentissima haec sunt exempla: clausula trochaica aequo fere in centenis numero ubique praedita est, seu trochaeus praecedit seu

iambus; oratio, quae est pro Quinctio, exhibet rationem 2 : 1,5 %, pro Roscio Amerino 2,6 : 3,3 %, in Caecil. 3 : 3,8 %, pro imperio Pompeii 3 : 2,5 %, pro Ligario 2,2 : 2,7 %, ceterarum orationum rationes paulo magis ab aequitate recedunt. Similiter res se habet in cretico, quem nihil Ciceronis interesse videtur utrum iambus praecedat an spondeus an trochaeus, cum Arnobius in hoc ipso pede praecedentem trochaeum perpaucis quidem locis exceptis usque afferat. Idem valet de epitrito tertio.

Ergo si hac de re recessimus, Ciceronem cum Arnobio consentientem ex bisyllabis clausulam praecedenti cretico trochaicam et ex trisyllabis formam ex palimbacchio et praecedenti trochaeo consutam, creticum, molossum, ex quadrisyllabis ditrochaeum et epitritum qui dicitur tertium et anapaestum magno amore amplexum esse videmus, cum aliae formae ab Arnobio adamatae, creticus subsequenti spondeo praeditus aut dactylus aut ionicus a maiori aut choriambus ad nihilum fere numero redigantur, quorum quisque vix semel bis terve videtur. Contraria ratio exstat in paeane tertio; qui his locis ad 8,5 in centum clausulis crescit, in libris Arnobii bis aegre apparet. Quae cum ita sint, Ciceronem et Arnobium in clausulis struendis inter se magnopere differre liquet.

Nunc si omnium, quae protulimus, summam facere conamur, paucas esse similitudines in clausulis Arnobii Ciceronisque, utrumque vero ad clausulas a Lactantio consutas aliquid valuisse vix quisquam, credo, diffiteri audebit, ita tamen ut Arnobio non plane Laitantius assentiretur nimiamque eius diligentiam et aequabilitatem in clausulis struendis obviam modice moderateque evitaret. Arnobius vero in exitu periodorum plerumque, ut videtur, syllabas breves fugiens ac maximi ultimam paenultimamque periodi voces in certum et definitum numerum exire ducens, varietatem numerorum, quae aures dulcedine mulceat, sitne consecutus, iure mihi videor dubitare, immo scriptorem putide clausulas specie nimiam ostentationem prae se ferente nimioque fuco insignes ritu Asianorum consuisse ac sono effeminatis tantum auribus grato acceptoque induisse affirmandum mihi puto. Sed quamquam concedendum est, completum et perfectum verborum circuitum multum valere ad orationem melius peiusve perpoliendam multumque ad aures audientium, quae maxima voluptate delectentur, tamen is numerus vitiosus habeatur oportet, qui non necessitate ipsa sed manifesto de industria scriptoris enascitur, quare satietate nimia aures afficiantur; lex enim numeri, utpote qua ut naturali nati, non imbuti simus, eiusmodi est, ut quamquam oratio suapte natura numerore cadit, nihil tamen de industria esse factum videatur. Arnobius vero verborum transgressionibus satis superque iteratis nimiam industriae prae se fert clausulis in struendis, ut scripta calamistris inussisse circumspectis rebus rationibusque subductis recte a me perhibeatur, praesertim cum figuaras quoque rhetoricas abunde usitarit.